

02939/9

II ARCHIWUM FILOLOGICZNE AKADEMJI UMIEJĘTNOŚCI
W KRAKOWIE NR. 2.


D 6060

DE PLUTARCHI Scriptorum
IUVENILIMUM COLORE RHETORICO

SCRIPSIT

GEORGIUS KOWALSKI

CRACOVIAE
SUMPTIBUS ACADEMIAE LITTERARUM
APUD BIBLIOPOLAM G. GEBETHNER ET SOCIOS CRACOVIAE.
GEBETHNER ET WOLFF VARSOVIAE
1918.



ARCHIWUM FILOGICZNE AKADEMJI UMIEJĘTNOŚCI
W KRAKOWIE NR. 2.

DE PLUTARCHI Scriptorum IUVENILIMUM COLORE RHETORICO

SCRIPSIT

GEORGIUS KOWALSKI



CRACOVIAE

SUMPTIBUS ACADEMIAE LITTERARUM
APUD BIBLIOPOLAM G. GEBETHNER ET SOCIOS CRACOVIAE,
GEBETHNER ET WOLFF VARSOVIAE

1918.

ARCHIVIUM FILIOLOGICUM ACADEMII WILENSCÆ
A KRAKOWE NR. 3

DE PESTARCI SCRIPTORUM
IUNIORUM GEORGIE RHETORICO

SCRIPSIT

GEORGES KOVARIK



CRACOVIAE

SUMMIBUS ACADEMIAE TITULARIBUS

ET ALIAS LIBRARIBUS ET LIBRARIIS

Drukarnia Uniwersytetu Jagiellońskiego pod zarządem J. Filipowskiego.

D 100/17

1316047

De Plutarchi scriptorum iuvenilium colore rhetorico

Scrinisit.

Georgius Kowalski.

Praefatio.

Nemo sane est, cui Plutarchi Vitas Parallelas quaeque vocantur Moralia uno tenore lectitanti non appareat sat lucida operum istorum et potissimum in colore atque indole sermonis conspicua diversitas. Qua de re plura si quis exsequi vellet, non esset profecto actum agere, atque adeo operaes esset pretium, cum vix multum adhuc accuratioris quidem insumptum esset operaes in operis utriusque genere dicendi comparando. Inter Plutarchi enim scripta moralia aegre ullo, qui facile definiri possit, ordine¹⁾ composita et quasi per saturam in unum corpus sive malis farraginem coacervata, non parum multae disceptatiunculae reperiuntur, in quibus, quamquam dubium tibi plerumque non erit, quin ab Plutarcho sint conscriptae, haerebis odoratus quasi fumos quosdam acres, quales fervente spuma aestus exhalare solent. Tum puto quaeres, sintne ista illius mentium medici, gravis viri Chaeronensis, an potius redoleant vapores aliquius sophistae rhetorici afflatus crapulam executientis. Qui Demosthenis et Ciceronis orationes „ἀντεξετάζειν καὶ ἀποφαίνεσθαι, πότερος ήδίων ἡ δεινότερος εἰπεῖν“¹⁾ missum sibi faciendum aestimavit, mordacique epitheto, ut „τὸν περιττὸν ἐν ἄπαισι“ Caecilium destrinxit, quod iuvenilis iactantiae gratia comparationem inter Demosthenem et Ciceronem transigere tentavisset („ἐνεανεύστατο σύγκρισιν τοῦ Δημοσθένους καὶ Κικέρωνος ἔξενεγκεῖν“²⁾), idem ignem componere

¹⁾ Opusculorum pythagorissantium seriem contextam constituit eamque Plutarcho etiam tum iuveni attribuit T. Sinko, Eos XV (1909), 113—129.

²⁾ v. Dem. c. 3.

cum aqua ausus est multoque arrogantius ipse ἐνεανιεύσατο, siquidem iactantiae est in insulsissima deliramenta acuminis labentis, quod sibi ostendere dialogis, qui inscribuntur: „De sollertia animalium“ „Bruta ratione uti“ proposuit: homines a bestiis morum castitate superari. Quodsi in hoc suorum temporum studio incredibilia enarrandi eaque artis ostentandae causa comprobandi indulxit, cum in morbum excrevisset affectatio, at minime convenerat „mentium medicum“¹⁾ ipsum quoque indigere medicina.

Quod ut ostenderem, certis quibusdam ex Plutarchi scriptis moralibus et eis quidem νεανικωτάτοις delectis (sunt autem haec: F. R. [De Fortuna Romanorum] F. A. [De Alexandri Magni Fortuna aut Virtute] Gl. Ath. [De Gloria Atheniensium] Aqu. [Aquane an ignis utilior] Soll. [De sollertia animalium] Brut. [Bruta ratione uti] Es. [De usu carnium]) quaestionem institui, quid in eis noster e rhetoricis forulis deprompsisset. Sed in proposito pergens perficiendo temperare mihi non potui, quominus subsiciva opera etiam in Plutarchei sermonis genuinam indolem inquirerem, cuius, quae hic eruta sunt elementa, si quamvis levissimo usui fuerint arti coniectandi²⁾ nec non indagationi de fide libellorum, qui sub Plutarchi nomine aetatem tulerunt, habenda, voti me factum compotem laetus arbitrabor. Itaque et de auctoritate libellorum, in quos incubui, pauca passim dicere liceat atque in addendis coniecturali munere perfungi: quod utrumque non nisi leviter ac pro viribus praestare me annisurum polliceri ausim.

C. I: De syncrisi.

Iam ab initio firma iacere fundamenta ad disputationem condendam mihi persuasi: ut quam brevissimis verbis quam planissime rem explicem, unum censeo esse adminiculum, cui tota Plutarchi scribendi ars innitatur: dico synerisin. Quae ideo magis hic est respicienda, quod arctissimo vinculo scripta moralia et Vitas copulata, ut etiam in magna utriusque scriptorum generis diversitate eandem manum scriptoris³⁾ indicet.

¹⁾ W. Christ-Schmid, G. d. Gr. L^s II, 1, 383, adn. 2.

²⁾ Per multa enim sunt in ser. Mor. quibus tandem subveniatur necesse est.

³⁾ W. Christ-Schmid, II, 1, 392—393; II, 2, 559, adn. 4.

Ac primum fuisse syncrisin¹⁾ vel praecipuum e sophistarum artificiis satis constat; quo longius arcessita quoque magis inexspectata, eo plus habebat delectationis et ingeniosior, qui eam erat commentus, putabatur. Orta est synergisis ex antithesi, cuius originem ex insita ac nativa quadam cogitandi proprietate ducere rectum erit, cum Homeri poëeos indole perpensa tum etiam similitudine considerata, quae aliarum quoque gentium monumenta antiquissima litterarum inspicienti obviam venit²⁾. Sed Plutarchi temporibus praeter alia, quae tunc viguisse ex auctoribus antiquis compertum habemus, affectationis rhetoricae genera, praecipue studium syncrises tenebat saeculum. Quapropter si recte Vitas Parallelus penitus perspicere vis et efficere studies, ut cogitatione apte comprehendas, quemnam sibi tandem Plutarchus proposuerit finem in eis conscribendis³⁾, saeculi mores deliciaeque tibi respicienda sunt, quibus vel „mentium medicus“ inservire non erubuit, siquidem iuvenis adhuc vix lepidis operam dabat declamationibus, vir autem matus auræ saeculi lenocinari non destitit. Nimirum minime ille quidem rerum gestarum scriptoris exercere officium cogitabat prioribus, quos iuris publici fecerat Vitarum, libellis componendis, verumenimvero in comparatione ingenii Graecorum cum Romanorum virtute summa versabatur eius operis idque praecipui erat momenti, ut binas nationes, alteram victricem sed rudem, alteram fastidiosam et litteris atque humanitate superbientem, in certamen vocaret. Licet faciat cum Graecis, licet sit φιλόπατρις, quod optime quadrat in mores genuini Boeotii, tamen non pro patriae gloria vindicanda, ut plerique censem, hoc opus suscepit, verum potius ut sophista, qui re-

¹⁾ Iam scripta mea dissertatione et cum praceptor meo Thaddaeo Sinko communicata eorum sum ab eo commonefactus, quae ipse in Studiis Nazianzenicis (Diss. philol. Acad. Cracoviensis t. XLI) multa de synergisi enarraverat. Quorum quod ad meam materiam pertinere videbitur, suo loco annotabo. Neque tamen singillatim designare possum quaecumque ipse mecum coram communicaverat ea, qua omnino fovere solet curas meas, benignitate.

²⁾ Cf. in universum Symbolarum in historicam syntaxin linguae Graecae, editore Schanzio, libellum 15: Dr Ernst Kemmer, Die polare Ausdrucksweise in der gr. Lit.

³⁾ Io. Frid. Scharschmidt, Quid Plut. Vitis comparandis spectaverit, Schneebergae. 1808; P. P. Kremer, Inquisitio in consilium et modum quo Plut. scripsit Vitas Parallelas. Diss. 1841; K. Prieth, Einige Bemerkungen zu den Parallelen Biographien Plut.'s mit besonderer Berücksichtigung der συνκρίσεις. Pr. 1860.

conditissimas similitudines cum pulvisculo pensitasset examinassetque¹⁾, et diligenter secum revolvéret, quid esset fortunae, quid virtuti tribuendum; deinde ut Graeculus, cui mores Catonis, illius κατ' ἔξοχὴν Romani viri boni, minus arriderent, cui taedium moveret Scipionis Numantini inhumanitas; denique — ne morer — qui summo opere expiscaretur, quantum quoque in heroë esset hominis... in bonam aequem atque in malam partem. Utut res se habet, certe non negaverim Plutarchum successu primarum lucubrationum unico comparandi studio conscriptarum permotum, iam vitis illustrium virorum de pingendis delectari coepisse, et proinde ac Nepotem comparatione neglecta imaginibus demum incubuisse vitarum²⁾. Quae cum ita mihi se habere videantur, Hirzelium³⁾ erravisse censeo, qui comparationes singulis vitarum paribus adiectas genuinas non esse demonstrare conatus sit; immo e comparandi studio sophistico⁴⁾ Vitas originem traxisse pro certo equidem habeo⁵⁾. Omnino tamen „mentium medicum“ ante oculos mihi proposui sub persona mitis iudicis vel disceptatoris, qui omnem componere litem et per compensationem dirimere vellet. Cum autem mihi id sit propositi, ut ostendam, quantum Plutarchi collationes tintæ sint fuso rhetorico, necessario omittenda sunt omnia, quae extra officinas eloquentiae posita sunt — dummodo ipse lector benebole subaudias semper Homericum illud διάνδιχα μερμήριξεν, quae tibi verba, modo sis ab omni liber studio atque affectatione, rectam aperient viam, qua te tuto spero processurum in Plutarchi scriptorum colore rhetorico recte perspiciendo:

¹⁾ v. Sol. c. 32 vitam Solonis cum Athenarum fortuna confert; cf. R. Volkmann, Leben u. Philosophie des Plutarch. Berl. 1869, t. I, p. 91.

²⁾ Quod studium in 1 c. vitae Caesaris diserte auctor profitetur, eaque vita caret syncreti. Contraria huic opinionem profert A. Gercke, Griech. Literaturgesch. 2³, 81, qui primum singulas Caesarum vitas Plutarchum edidisse, post demum cepisse consilium inter se componendi autumat.

³⁾ Hirzel, Plutarch, Leipzig 1912, p. 70—73, quem efficaciter impugnat A. Stiefenhofer, Die Echtheitsfrage der biographischen Synkrisis Plutarchs, diss. Giessensis, Tübingen, 1915.

⁴⁾ Saep̄ ego cum sophistarum utor appellatione, non eo id facio, quod a me non probentur, sed quia maxima ex parte tales illos fuisse animo mihi effingo, quales nostris sunt temporibus, quibus „modernorum“ — apud nostates quidem — nomen imponitur.

⁵⁾ Cf. Sinko, Stud. Naz. p. 261: „tamen vitarum parallelarum consilium a Plutarcho susceptum non nisi exercitationum rhetoriarum exemplo explicari potest“.

syncrisin sophistarum exaggeratam *καινοτομία* atque insolitarum appetitu rerum, naturalem ab innata mentis proprietate cepisse originem¹⁾.

His praemunitis videamus, quid inde efficiatur: en minui discrimen illud, quod supra indicavi, inter Vitarum scriptorem et earum, quas item laudavi supra, declamationum auctorem intercedens; omnes illae syncrisin exhibent non solum singulis verbis ac sententiis comprehensam, quasi secundas agat partes, verum eam in ipsa fronte, scilicet in ipsis inscriptionibus p[re]se ferunt²⁾.

Omissa interim syncrisi in structura ac compositione singularium declamationum adhibita, quae quasi forma quaedam est exponendi in modum certaminis, quippe quam nemo non facile primo conspectu perspicere possit, ex multitudine, quam concessi, exemplorum aliqua in certa genera digesta afferam ad illustrandam syncrisin singulis verbis, formulis, sententiis conformatam.

Puram comparandi actionem indicare solet Plutarchus his verbis:

F. A.² 450, 4³⁾. φέρε θεῷ τὸν Ἀλέξανδρον ἄπασι παραβάλλων.
Gl. Ath. 457, 3. ὥσπερ Εὐφράνωρ τὸν Θησέα τὸν ἑαυτοῦ τῷ Παρασίου παρέβαλε...

460, 5—6. ὅτε τοὺς ζωγραφοῦντας οὐκ ἀξιον παραβάλλειν τοῖς στρατηγοῖς, μηδὲ τοὺς ιστοροῦντας παραβάλλωμεν.

468, 2. οἱ δὲ ρήτορες ἔχουσί τι παραβαλλόμενοι πρὸς τοὺς στρατηγούς, ...

14. (12 ἡ τοῖς κοινοῖς στεφάνοις...) τὸν Δημοσθένους περὶ στεφάνου παραβάλλωμεν, ...

470, 9. τοῦ ρήτορος λόγους ἀξιόν ἔστι τοῖς τοῦ στρατηγοῦ ἔργοις παραβάλλειν;

Soll. 20, 22. παραβαλλομένων πελαργοῖς ἵππων ποταμίων.

¹⁾ Quod recte video Schroeterum (Plutarchs Stellung zur Skepsis. Leipzig 1911, p. 15) expressisse his verbis: „...da es keine von einem wahrem ausgehende Vorstellung gebe, der sich nicht auch eine entgegenstellen liesse, die von einem Falschen ausgehe“.

²⁾ Libellorum, qui aetatem tulerunt, in formam syncriseos redacti sunt hi (praeter eos, quos iam enumeravi): Animine an corporis affectus sunt peiores, Aristophanis et Menandri comparatio. Cf. etiam catalogum Lampriae et W. Christ-Schmid, II, 1, 374.

³⁾ Numeri designant paginas et versus editionis Bernadacis (Teubner 1888—1896) vol. II et VI.

- 69, 21. ταύταις ταῖς κοινωνίαις καὶ συμπεριφοραῖς παραβάλλειν... φίλιας ἀλώπεκων καὶ ὄφεων...
- 74, 11. (9: ποίας γὰρ ἀηδόνας ἔξιον...) ἢ τῷ τεχνικῷ παραβάλλειν μελίττας;
- Brut. 92, 21. ἔξεπληγτέ μὲν χρυσὸς ὡς κτῆμα τῶν ἄλλων οὐδὲν παραβάλητόν εἰναι.
- 100, 16. ὅταν ἀλώπεκι καὶ λύκῳ καὶ μελίττῃ παραβάλητος ὕνον καὶ πρόβατον.
- Soll. 18, 24. τῷ δὲ τοῖς ἀνδρωπίνοις ἥδεσι καὶ βίοις καὶ πράξεσι καὶ διαίταις τὰ τῶν ζώων παρατιθέντα...
- F. A. 413, 17. ...τοὺς Ἀλεξάνδρου μαθητὰς τοῖς Σωκράτους ἀντιπαραβάλλειν.
- Gl. Ath. 463, 15. ἔξιον γε τὰ δράματα τοῖς τροπαίοις ἀντιπαραστῆναι καὶ τῷ στρατηγῷ τὸ θέατρον ἀνταναστήσαι καὶ ταῖς ἀριστείαις τὰς διδασκαλίας ἀντιπαραβαλεῖν.
- Es.² 115, 1. εἰ δὲ θείη τις τὰ βιβλία παρ' ἄλληλα καὶ τοὺς λόγους,...
- F. A.² 448, 17. καὶ Ἑλος ἡλικίας παραλλήλου καὶ ἄμιλλα περὶ δόξης καὶ ἀρετῆς ἐταίρων...
- F. R. 386, 2. καδορᾶν ἐπὶ τὴν σύγκρισιν καὶ τὸν ἀγῶνα τὴν τε Τύχην καὶ τὴν Ἀρετὴν βαδιζούσας.
22. τοιοῦτος ὁ τῆς Ἀρετῆς χορὸς πρόσεισιν ἐπὶ τὴν σύγκρισιν,...
- F. A.¹ 420, 24—25. τῶν Ὄμηρου σύγκρισις ἐπῶν...
- Soll. 48, 14. ἦν καὶ πολὺς κατάγελως τὸ πρὸς ταῦτα καταλιπεῖν ἐκείνοις σύγκρισιν,...
- Gl. Ath. 459, 1. ἀλλ' οὐκ ἂν οἷμα τῷ ζωγράφῳ κρίσιν προδείητε πρὸς τὸν στρατηγὸν...
- Soll. 14, 18. ἐν τοσαῖςδε συζυγίαις...
- Brut. 88, 14. ἐν γὰρ τοῖς Δηρίοις ισορροπεῖ πρὸς ἀλκὴν ἡ φύσις (καὶ τὸ Δῆλον τοῦ ἄρρενος οὐδὲν ἀποδεῖ)
- 83, 11. τί γὰρ δεῖ πολλάκις ζυγομαχεῖν ήμᾶς περὶ τῶν αὐτῶν;
- Aqu. 1, 16. σκεψώμεθα τοὺς εἰς ἑκάτερον λόγους πῇ μᾶλλον ἄγονυσιν ήμᾶς.
- Soll. 24, 8. πρὸς τούναντίον ἐντείνονται τῷ λόγῳ.
- 20, 1. (19, 24: ὁ δὲ ἀξιῶν τὸ μὴ πεφυκὸς ὁρδότητα λόγου δέχεσθαι...) πρῶτον μὲν οὐδὲν διαφέρει τοῦ μήτε πίθηκον... ἀξιοῦντος,...

- Aqu. 5, 22. τούτων δ' αὖ πάλιν ἀλλήλοις διαφορά,...
- Soll. 17, 3. ἀλλ' ὅταν γε τῷ ζῷῳ πρὸς τὸ οἰκεῖον καὶ τὰλλότριον ἡ αἴσθησις ἐνεργασμένη διαφορὰν...
- 20, 4. τὴν διαφορὰν... οὐ συνορᾶ cf. v. 10. ως γὰρ ὄψεως ἔστι πρὸς ὅψιν διαφορὰ καὶ πτύσεως πρὸς πτῆσιν...
- 20, 19—20. ως γὰρ οὕσης τινὸς διαφορᾶς, οἱ μὲν τὰ χερσάνα φασιν οἱ δὲ τὰ θαλάσσια μᾶλλον προηχθαὶ φύσει πρὸς ἀρετήν...
- 21, 19. ...ἡ τοῦ φρονεῖν δύναμις, ἄλλοις δ' ἄλλως κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἥττον παροῦσα τὰς ὁρωμένας διαφορᾶς πεποίηκεν;
- 70, 5. Ἐτι δὲ μᾶλλον κατοψόμεδα τὴν διαφοράν,...
- Brut. 92, 2. ταῖς δ' ἐπιδημίαις ἐνορᾶς που μυρίαν διαφοράν,...
- Brut. 100, 19—20. οὐ γὰρ οἷμαι θηρίου πρὸς θηρίον ἀπόστασιν εἶναι τοσαύτην, ὅσον ἀνθρώπος ἀνθρώπου τῷ φρονεῖν καὶ λογίζεσθαι καὶ μνημονεύειν ἀφέστηκεν.
- Aqu. 1, 12. ἀλλὰ τὸ μὲν τῶν μαρτύρων ἑκατέροις ἵσον·
- Es.² 117, 22—118, 1. ἵσος γε, ὁ θεοί, καὶ ὅμοιος ὁ κίνδυνος ἔχει, ἀν ἀπειθῶ φαγεῖν κρέας, ἀν ἀπιστῶ φονεῦσαι τέκνον ἢ ἔτερον οἰκεῖον;
- Brut. 100, 9. ως γὰρ οὐκ ἔστι δένδρον ἔτερον ἔτερον μᾶλλον οὐδὲ ἥττον ἄψυχον, ἀλλ' ὁμοίως ἔχει πάντα πρὸς ἀναισθησίαν.

Alterius prae altero praestantiam ex comparatione exprimit:
I. voce προκρίνειν, διαφέρειν sim., II. tum per adv. μᾶλλον variis adhibito constructionis modis itemque per comparativum:

- I. F. A.¹ 442, 2. οὐ γὰρ προέκρινε τὴν τύχην τῆς σοφίας...
- 420, 26. ἄλλον ἄλλον στίχον προκρίνοντος,...
- ² 449, 8. ὁ μὲν γὰρ προέκρινε τῆς γαμετῆς τὴν αἰχμάλωτον.
- Gl. Ath. 468, 6. ἅρ' οὖν ἀξιον προκρίνατο τὸν Ὑπερείδον Πλαταικὸν τῆς Ἀριστείδου Πλαταιάσι νίκης;
- 459, 2. οὐδὲ ἀνάσχοισθε τῶν προτιμώντων τὸν πίνακα τοῦ τροπαίου καὶ τὸ μύμημα τῆς ἀληθείας.
- Brut. 89, 1—2. δειλοῦ προντίμησεν ἀνδρὸς ἵππον ἀγαθὴν καὶ φιλόνικον.
- Soll. 29, 13. τὰ χερσάνα προεισάγει δίκαια τῶν ἐνάλων.
- Brut. 85, 14—15. ὅτι ταῦτα πρὸ ἐκείνων εἰκότως ἀγαπῶμεν.
- 88, 3. τὸν πρὸ δουλείας ἐπάγεται καὶ ἀγαπᾷ θάνατον*

- 88, 16. ἀν δὲ μὴ πείσης, ἀλλὰ καὶ περιγένωνται διαλεγόμενοι.
- Aqu. 9, 7. (4: ὡς στρατηγὸς ἀμείνων ὁ...) οὕτω καὶ στοιχεῖον τὸ... ὑπερέχον.
- F. R. 408, 6. ὑπερβάλλέσθαι τὰ Διονύσου καὶ Ἡρακλέους πέρατα...
- F. A.² 438, 26. ἵν' εὐ ποιῶν Ἀλέξανδρον ὑπερβάλωμαι.
- F. A. 420, 26—37. αὐτὸς ὡς διαφέροντα πάντων ἐνέκρινε τοῦτον.
- Aqu. 8, 20. ἐπεὶ κατ' αὐτό γε τῶν λοιπῶν οὐδὲν διέφερε.
- Soll. 21, 22. Ἀλλὰ θαυμαστὸν ὅσον ἀνθρωπος εὔμαδείᾳ... διαφέρει τῶν ζώων.
- Brut. 85, 21. (19: ὡς τῶν Δηρίων πολὺ καὶ δικαιοσύνῃ...) διαφέροντας.
- 91, 6. καὶ τούτῳ μὲν οὐδενὸς τῶν Δηρίων διαφέρεις πρὸς ἐγκράτειαν.
- Soll. 60, 10. ἀληθῆς δούσα πολλὰ δείκνυσι τῶν ἐνάλων μηδὲν ἀπολειπόμενα τῷ κοινωνικῷ... τῶν χερσαίων.
- Brut. 96, 22. ἐλέγχονται πολὺ τῷ σωφρονεῖν ἀπολειπόμενοι τῶν Δηρίων.
- 88, 15. καὶ τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος οὐδὲν ἀποδεῖ¹⁾...
- F. R. 386, 7. καὶ πολὺ μὲν ὑστερεῖ σπειδούσης τῆς Τύχης....
- Brut. 89, 4. ὡς οὐδέν τι τὰ θήλεα τοῖς ἄρρεσιν ὑφίεται θυμοῦ καὶ ἀλκῆς.
- II. 1a) F. R. 395, 13—14. τραφησομένου μᾶλλον ἢ θρέψοντος,...
- F. A. 438, 10. ἂς δ' εἶδε μᾶλλον ἢ ἂς οὐκ εἶδε παρῆλθε.
- F. A.² 440, 21. οὕτω παντὶ μᾶλλον ἐρώντι συγγνώμην εἶχεν ἢ αὐτῷ.
- Aqu. 4, 16. καὶ μεθόδῳ καὶ τέχνῃ μᾶλλον καὶ μετριότητι ἢ τῇ αὐτοῦ φύσει ὠφέλιμον.
- Soll. 49, 3. τὸ καλὸν ἀγαπᾶν μᾶλλον ἢ τὸ χρειῶδες τῆς φωνῆς.
- 54, 9. σπαίρουσι μᾶλλον ἢ ζῶσιν ἔοικεν.
- Brut. 83, 8. ὄνομαστὸς ἔτι μᾶλλον ἢ νῦν γενόμενος,...
- 85, 12. ἀν δὲ διαλέγεσθαι μᾶλλον ἐθέλησ ἢ λοιδορεῖθαι,...
- 86, 2. πότερον οὖν ταύτην ἐπαινεῖς μᾶλλον ἢ τὴν αἰγίβοτον Ἰδάκην καὶ τραχεῖαν,...
26. Τίνος μὲν οὖν οὐχὶ μᾶλλον ἢ τῷ σοφωτάτῳ τῶν ἀνθρώπων;
- 96, 25. ὑμεῖς δὲ τὴν ἡδονὴν μᾶλλον ἢ τὸ κατὰ φύσιν τῆς τροφῆς διώκοντες...

¹⁾ V. infra metaphoras s. v. cursus.

Es.¹ 109, 24—110, 1. ἀλλὰ μᾶλλον, ως ἔοικε, τῶν παρὰ συνήθειαν
ἢ τῶν παρὰ φύσιν αἰσθανόμεθα.

Aqu. 8, 19. ως μᾶλλον καταδερῆ τῶν ίδάτων,...

b) Soll. 20, 21. οἱ μὲν τὰ χερσαῖα φασιν οἱ δὲ τὰ θαλάσσια μᾶλλον
προηχθαὶ φύσει πρὸς ἀρετήν·

57, 20. (18: τὸν μὲν γὰρ ἀσπαλιευτικὸν κάλαμον οὐ βούλονται
πάχος ἔχειν) ἀλλὰ μᾶλλον ἐκλέγονται τὸν λεπτόν,...

67, 3. (οὐκ ἄν τις εἴποι τὸν ἀριθμόν), ἀλλὰ μᾶλλον ἐπὶ τὰς
κατ' ιδίαν κουωνίας αὐτῶν... ἵτεον.

24. ἔτι δὲ μᾶλλον cf. Soll. 70, 5 (ἔτι δὲ μᾶλλον), Brut.
83, 8 (ἔτι μᾶλλον).

78, 17. ἀλλὰ μᾶλλον ἔοικε τὸ φιλάνθρωπον αὐτοῦ θεοφιλές
εἶναι·

Brut. 84, 10 (9: οἰκτείρω μὲν ἅπαντας) εἰκὸς δέ μοι μᾶλλον δια-
φέρειν ὅσοι Ἕλληνες ὅντες εἰς ταύτην ἀφῆθε τὴν δυ-
τυχίαν·...

86, 9. φιλῶ μὲν γὰρ καὶ ἀσπάζομαι τὴν ἐμαυτοῦ πατρίδα
μᾶλλον, ἐπαινῶ δὲ καὶ θαυμάζω τὴν ἑκείνων.

89, 17. οὐ πρὸς ταῦτα θαρροῦντες, ἀλλὰ τῷ ἐτέρᾳ μᾶλλον
τούτων δεδιέναι.

91, 13. (τράγος λέγεται... γυναιξὶν οὐκ εἶναι μέγνυσθαι πρόδυ-
μος) ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀγας ἐπτόπται μᾶλλον,

92, 17. τὸ δὲ σωφρονεῖν καὶ μᾶλλον¹⁾ εύνομεσθαι ταῖς ἐπι-
θυμίαις.

96, 3. παρ' αὐτῶν ἀνωμολόγηται τῶν ἀνθρώπων, ὅτι μᾶλλον
τοῖς θηρίοις σωφρονεῖν προσήκει.

99, 2. οὐκ ἀμαδὴς οὐδὲ ἀπαιδεύτος, αὐτομαδὴς δέ τις μᾶλλον
οὖσα καὶ ἀπροσδεής,...

Es.² 118, 10. καὶ μὴν ἀκόλουθον ἦν αὐτοῖς, εἰ μύρον ἔξελαύνοντι καὶ
πέμμα τῶν συμποσίων, μᾶλλον αἷμα καὶ σάρκα δυ-
χεραίνειν.

¹⁾ Cf. Otto Kolthaus, Plutarchi de communibus notitiis librum genuinum
esse demonstratur, diss. Marpurgi Catt. 1907, p. 56—57: „Wyttensbachius delevit
μᾶλλον, cum supervacuum esset (agitur de 1071 F. 320, 1). Ac re vera μᾶλλον
supervacuum est; tamen fortasse retinendum est. Nam hoc supervacuum μᾶλλον
pluribus locis iuvenitur, cfr. ... Omnibus his locis adverbio μᾶλλον significatur
scriptorem mente verbis, quibuscum μᾶλλον coniunctum est, aliquid opponere; veluti loco, de quo agimus, subaudiendum est...“

c) Soll. 21, 18—19. *ἡ τοῦ φρονεῖν δύναμις, ἄλλοις δ' ἄλλως κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἡττον παροῦσα... διαφορὰς πεποίκεν;*
 Brut. 100, 8. *ώς γάρ οὐκ ἔστι δένδρον ἔτερον ἐτέρου μᾶλλον οὐδὲ ἡττον ἄψυχον...*

Attuli adhuc constructiones verborum cum adverbio *μᾶλλον*; nunc, quo dilucidius res appareat, instituenda videtur partitio ad sensum; igitur haec sunt cum adverbio *μᾶλλον* constructiones ad sensum:

1. in comparatione manifesta, per coniunctionem: *μᾶλλον ἢ...*
2. " " " sine coniunctione:
 - a. cum genet. comparat. 89, 17.
 - β. per parataxin: *οὐ 57, 20. — ἀλλὰ μᾶλλον*
" 67, 3. — " "
" 91, 13. — " "
— " " 78, 17.
οὐ — δὲ 99, 2.
μὲν — δὲ 84, 10. 86, 9.
εἰ — — 118, 10.
3. subaudiendum est id, cui opponuntur verba coniuncta cum adv. *μᾶλλον*: 92, 17. 96, 3.

- 2) Brut. 99, 24. *οἱ δὲ (sc. νεοστοί) ληφθέντες ἔτι νήπιοι καὶ τραφέντες ἐν χερσὶν ἀνδρώπων χειρον ἥδονσιν,...*
- Es.¹ 109, 23. *οὐκ ἔστι δέ, οἷμαι, χείρων ὁ ζῶντα βασανίζων τοῦ παραιρουμένου τὸ ζῆν καὶ φονεύοντος...*
- Aqu. 9, 14. *τί οὖν; διὰ τοῦτον ἡττον ὠφέλιμον ἐκ τῆς προνοίας τοῦ βελτίονος εὑρεθέν;*
- Soll. 46, 23. *οὐ χὴττον δὲ κοινωνικὰ τὰ τῶν λεόντων.*
- 47, 9. *τῆς γάρ αὐτῆς ἥρων στεφανοπάλιδος, καὶ οὐ χὴττον ἦν ὁ ἐλέφας διάδηλος.*
- 76, 7. *.οὐδενὸς δὲ στρον ἀξιοδαύμαστόν ἔστιν ἡ τε συμμετρία...*
- Brut. 92, 19. *ἐμὲ γοῦν ποτε καὶ αὐτὸν οὐ χὴττον ἡ σὲ νῦν ἐξέπληττε μὲν χρυσός.*
- F. A.² 449, 7. *τῶν δὲ ἔτι παλαιοτέρων σωφρονέστερος μὲν Ἀγαμέμνονος ὁ μὲν γάρ... (9.) ὁ δὲ καὶ.*
10. *μεγαλοψυχότερος δὲ Ἀχιλλέως ὁ μὲν γάρ... (12.) ὁ δὲ... (13.) καὶ ὁ μὲν... (14.) ὁ δὲ...*
15. *εὐστέρετερος δὲ Διομήδονς ὁ μὲν γάρ... (16.) ὁ δὲ...*

17. ποδεινότερος δὲ τοῖς προσήκουσιν Ὄδυσσεως· ἐκείνου μὲν γάρ... (19.) τούτῳ δ'...
- Gl. Ath. 469, 17. ἐφρόνει τοῦ Ἀγαμέμνονος μεῖζον...
- Aqu. 4, 9. διὰ τοῦτο μετέχουσι αὐτοῦ πλέον πλούσιοι πενήτων.
- 7, 3. πῶς τοίνυν δνεῖν οὐκ ὡφελιμώτερον, ὃ τῷ ἐτέρῳ τὴν αἰτίαν τοῦ εἶναι παρέσχηκε,...
- 8, 8. ὥστε δνεῖν ἀμεινον ὅ...
- 9, 12. ἐπεὶ τί λόγου χρησιμώτερον ἢ μᾶλλον ἀνθρώποις λυσιτελέστερον;
- 9, 17. τί τέχνης τῷ βίῳ λυσιτελέστερον;
- 9, 26.—10, 2. εἰ τοίνυν τοῦ ζῆν οὐδὲν ἀνθρώποις λυσιτελέστερον καὶ τοῦτο πολλαπλασιάζει τὸ πῦρ, πῶς οὐκ ἂν εἴη πάντων ὡφελιμώτατον;
- 10, 4. Καὶ μήν, οὐ πλείστου κράσις τῆς* τῶν αἰσθήσεων μετεληφεν, οὐκ ἂν εἴη λυσιτελέστατον;
- Soll. 16, 7. ἀπηλλάχθαι βέλτιον ἢ πονεῖν...
- Aqu. 9, 7. ὡς οὖν στρατηγὸς ἀμείνων ὅ...
- 9—19. χρησιμώτερον εἶναι τοῦτο, φίλοι μόνοι οἱ καὶ μάλιστα τὸ βέλτιον ἐκ λογισμοῦ λαβεῖν δυνάμενοι.
- 14—15. ἐκ τῆς προνοίας τοῦ βελτίους εὑρεθέν;
- Soll. 48, 20. ἐπεὶ δὲ τοῦ μαθεῖν τὸ διδάξαι λογικώτερον,... cf.
- Soll. 49, 21,
- Soll. 21, 12. δένδρον δένδρον οὐ λέγομεν ἀμαθέστερον.
13. οὐδὲ λαχάνου λάχανον ἀνανδρότερον.
- 14—15. ἐτέρον ἐτέρον βραδύτερον οὐκ ἔστιν οὐδὲ μικροφωνότερον.
- 16—17. οὐδὲ δειλότερον οὐδὲ νωδρότερον οὐδὲ ἀκρατέστερον,...
- 39, 25. ἐναργέστερόν ἐστι τῶν εἰρημένων.
- 47, 26. πλέον ἔχουσαν τοῦ κολάζοντος τὸ φειδόμενον...
- Brut. 86, 16. ταύτων γάρ ἐστι τῷ περὶ τῆς χώρας, ὡς ἀμείνων ἦτις ἄνευ πόνου...
20. Ἡδη οὖν ὁμολογεῖς τὴν τῶν Δηρίων ψυχὴν εὐφυεστέραν εἶναι πρὸς γένεσιν ἀρετῆς.
- 90, 1. ὅλως δέ, εἰ πρὸς ἀνδρείαν οἵεσθε βελτίους εἶναι τῶν Δηρίων,...
- 92, 24—93, 1. τοῦ Δόλωνος ἀγεννέστερος καὶ τοῦ Πριάμου βαρυποτμότερος.
- 93, 17. ταῖς δὲ σαίς χλανίστι καὶ τάπησιν οὐδὲν ἂν μὰ Δι'

ηδιον ἡ βαθεῖ καὶ μαλακῷ πηλῷ μεστὸς ὁν ἐγκατακλι-
θεῖν ἀναπανόμενος.

- 94, 7. (5: ἡ δ' ὄσφρησις ἡμῶν) πολὺ τῶν βασιλικῶν προγευσ-
τῶν σκεπτικώτερον διαισθανομένη.
97, 19. (8: ὁ δ' ἄνδρωπος)... βρώσεις... οὐ καθαρὰς σφαγαῖς
ζῷων μετερχόμενος πολὺ τῶν ἀγριωτάτων θηρίων ὡμό-
τερον.

- Soll. 59, 2. ὁ δὲ λάβραξ¹⁾ ἀνδρικώτερον τοῦ ἐλέφαντος...
21. οἱ δὲ ἀνδίαι τῷ συμφύλῳ βοηθοῦσιν ἵτα μώτερον.
65, 15. καὶ πόσῳ σοφώτερον, ὥ φίλε, τὸ τοῦ δελφῖνος.
74, 19—20. τῆς κατὰ γῆν πορείας τηνικάντα τὴν διὰ τῆς θα-
λάσσης ἀσφαλεστέραν ἔχοντες.
Brut. 100, 11—12. ἔτερον ἔτερου τῷ φρονεῖν ἀργότερον εἶναι καὶ
δυναδέστερον, ...
Es.¹ 106, 6. πλείονα γὰρ τὰ λειπόμενα τῶν βεβρωμένων ἔστιν...
² 114, 10. σκόπει δὲ ἡμᾶς πότεροι βέλτιον ἔξημεροῦσι τῶν
φιλοσόφων, οἱ... (12.) ἡ Πυθαγόρας...
116, 22. τί βέλτιον, ὑπονοίᾳ προσθέμενον οὐκ ἀληθεῖ... (117,
1.) ἡ καταφρονήσαντα.
117, 13. πότερον ἀδίκημα μεῖζον, ἐχθροῦ κόλασιν ἐκλιπεῖν...
ἡ τεκνοκτονίᾳ περιπεσεῖν...

Ut plura breviter complectar, iungitur adiectivi gradus comparativus: 1) c. genet. comparat. 2) c. ἡ. 3) c. interrogatione indirecta disiunctiva; 4) cum constructione, qua id, quocum adiectivum componitur, verbis non exprimitur, verum subauditur ex contextu; tum praecipue comparativus firmatur adverbii. Ambo loci postremi paulo pluribus sunt expediendi.

Non enim hoc praetermittendum, quo comparationis studium identidem apud Plutarchum illustretur, comparativo adiectivi gradu eum uti, etsi ipsa comparatio non indicetur diserte, e. gr.:

¹⁾ De ea, quae piscibus tribuitur, prae reliquis animantibus, praestantia (Soll. 57—59) locum fuisse communem docet O. Ribbeck, Gesch. d. röm. Dichtung 3, 133, ubi agit de Halieuticis Columellae: „Nach schulmässiger Schablone, ohne Humor u. Grazie wird ausgeführt, dass die übrigen Tiere den Fischen in jener Klugheit, sich aus Gefahr u. Tod zu erreten, nachstehen“. Imprimis ap. Aelianum complura inveniuntur de elephantum docilitate (ap. nostr. Soll. c. 12. [c. 17. ex Iuba]), de fidelitate canum (ap. nostr. Soll. cc. 13. 14.) de amoriibus ferarum (ab. nostr. Soll. c. 18.). Cf. W. Christ-Schmid II, 2, 623.

Gl. Ath. 467, 12. τὴν δὲ δωδεκάτην τοῦ Σκυρροφοριῶνος ἵερω-
τέραν ἐποίησεν ὁ Μαρτινειακὸς ἀγών. Satis fuisse dicere ierān, cum
ceteri dies non sint festi; sed enim, ut arbitror, Homeri¹⁾ sibi vin-
dicaverat licentiam. Quod studium Homeri imitandi alias etiam plu-
ribus nobis obveniet locis. Comparativum gradum ab adiectivo ierōs
nec memini mihi unquam in lectione occurrisse neque apud Ste-
phanum inveni.

Soll. 33, 5. ἑθαίμαστα πῶς νοεῖ καὶ συνίστι τὴν γιγνομένην ἔκθλιψιν
ὑπὸ τῶν βαρυτέρων τοῖς κονφοτέροις ὑφισταμένων.
Et hic quoque non turbavisset sententiam adhibitus utro-
que loco gradus absolutus.

40, 14—15. προθυμότερον ἔχρησαντο τῇ διώξει, sc. quam
prius.

58, 19. (18: τῶν δ' ἀγκίστρων τοῖς μὲν στρογγύλοις ἐπὶ κεσ-
τρέας καὶ ἀμίας χρῶνται μικροστόμους ὄντας· τὸ γὰρ
εὐθύτερον²⁾ εὐλαβοῦνται·

59, 21. cf. p. 12.

Brut. 84, 23. ἡ μεταβάλλοντα ἐκ νοσερῶν καὶ ἀνοήτων ὑγιεινοτέρους
καὶ φρονιμωτέρους ποιοῦσιν αὐτούς, ...

Egregie oratorium erat ac diligentissime ab Atticistis commen-
dabatur illud comparationis genus, cum aliquis ipsum semet superare
aut sibi minimè par esse dicitur; ap. nostrum:

F. A.² 428, 11—12. ἦν δὲ καὶ Φίλιππος ἐν τούτοις ὑπ' ὄψιμαδιας
έαντοῦ μικρότερος καὶ νεοπρεπέστερος·

430, 24—25. ὁ γὰρ Θράκιος "Ἄδως, ἦ μέγιστος αὐτὸς
αὐτοῦ καὶ περιφανέστατος ἐξανέστηκεν, ...

Quo in usu Plut. proxime Platonem est secutus. Cf. Legg.
715 E στενώτατος αὐτὸς ἔαντοῦ; Berl. Phil. Wochschr. 37 (1917)
n. 30—31, p. 935.

Forsitan non erit ab re pauca de elativo hoc inserere. Multis
de causis frequentatur is quidem apud rhetores posterioris aetatis:
primum sermone affectante cumulum atque, ut ita dicam, fastigium

¹⁾ Cf. A. 32. σταύτερος; Θ. 520, Ψ. 324. θηλύτεραι; ιερώτερος ap. novos
Graecos cf. Σπ. Λάμπρος, Τὰ κατὰ τοὺς οἰκιστὰς τῶν παρ' Ἑλλησιν ἀποικιῶν.
Diss. Lips. 1873, pp. 21, 28, 37.

²⁾ Eur. Rhes. 422. εὐθυτέρα ὁδός. Plutarchum Euripidis diligentem fuisse
lectorem notum est.

summum omni in re depingenda; dein cum vis comparativi iam inde ab Atticis scriptoribus evanesceret, qua attenuata comparativus nonnunquam adv. μᾶλλον fulciebatur¹⁾, saepius coniuncto cum positivo²⁾ ita, ut tali constructione vicarias partes pro proprio comparativo agente habeas comparativum solutum sive ἀναλυτικῶς dēscriptum; postremo, quod ad Plutarchum praesertim pertinet, comparationis omni modo appetendae gratia. Elativum in Graeco sermone minus frequentem quam in Latino fuisse nemo nescit. Ingenti ex penu satis est apponere haec exempla:

F. R. 391, 19. ἦ (i. e. τῇ Τύχῃ) ἔργον ἦν γαλήνην μὲν ἐπιτάξατ
Σαλάσση, Θέρος δὲ χειμῶνι, τάχος δὲ τοῖς βραδυτά-
τοις, ἀλκὴν δὲ τοῖς ἀθυμοτάτοις.

Brut. 89, 1. ἄριστα βουλευσάμενος, ὃς δειλοῦ προντίμησεν ἀνδρὸς...

90, 19. πρὸς μὲν σωτηρίας ἀσφάλειαν ὁρθῶς πρὸς δ' ἀλκὴν
καὶ ἄμναν αἴσχιστα λέγοντες. Superlativus αἴσχιστα
opponitur positivo ὁρθῶς.

Alia comparationis figura, quam nescio qua designem appellatione, nisi forte eam gradationem³⁾ (sui scilicet generis, cum diversa sit, quae apud Quintilianum gradatio vocatur) appellare licet, potest cognosci ex hisce exemplis:

F. R. 388, 13—14. Αἰμίλιος δὲ Σκαῦρος ἐκ ταπεινοῦ βίου καὶ
ταπεινοτέρου γένους καινὸς ἀνδρωπος ἀρθείς...

F. A.² 431, 24—25. ἄνδρα δὲ μέγαν, μᾶλλον δὲ τῶν γεγονότων
ἀπάντων μέγιστον,...

25—26. καὶ γὰρ εἰ διὰ Τύχην μέγας γέγονε, μείζων ἐστιν,
ὅτι τῇ Τύχῃ καλῶς κέχρηται.

Gl. Ath. 460, 16. καὶ κατιδών τὸ μέγα καὶ παντὸς λόγου μεῖζον
ἐκεῖνο ἔργον...

Aqu. 3, 7—8. πολλῶν γὰρ ὄντων, μᾶλλον δ' ἀπείρων γενῶν...
est „gradatio“ ad sensum.

¹⁾ Ap. nostrum: Aqu. 9, 12: ἐπεὶ τί λόγου χρησιμώτερον | ἢ μᾶλλον ἀνδρώποις λυσιτελέστερον; isocolon.

²⁾ Ap. nostrum: 8, 19. (18: τὴν Σάλατταν) ὡς μᾶλλον καταθέρη τῶν
ὑδάτων, pro superlativo more poëtarum. Simile quiddam habes in superlativo:
μᾶλιστα ἔνδοξος.

³⁾ Termini, ut nos dicimus, technici ab antiquis parum religiose obser-
vabantur cf. Quintil. Inst. IX, 54. „Omnibus scriptores sua nomina dederunt,
sed varia et ut cuique fingenti placuit“.

Soll. 49, 20—21. τοῖς οὖν πρότερον αὐτῆς θαυμάζουσι τὴν φωνήν, τότε θαῦμα μεῖζον ἡ σιωπὴ παρεῖχε,...

Es.¹ 106, 2. ἵνα φάγης ἀπόκτεινον, ἵνα δὲ ἥδιον φάγης μή μ' ἀναιρεῖ.
Subaudiendum est in prima enuntiationis parte ἥδεως,
quando edere non solemus, quae sunt nobis fastidio.

3—6. δεινὸν μέν ἔστι καὶ τιθεμένην ἰδεῖν τράπεζαν... δεινότερον δὲ ἀποκομίζουμένην.

Prorsus desideratur positivus:

F. R. 391, 20. τὸ δὲ τούτων ἀπιστότερον,...

Soll. 70, 20—21. τὸ δὲ τοῦ ἀνδίου θαυμασιώτατόν ἔστιν,...

72, 20. ὃ δὲ τούτον θαυμασιώτερόν ἔστιν,...

„Gradationem“ contingit alias comparativi usus, quem pluribus verbis describere cogimur, cum vix praesto sit nomen figurae huie idoneum significandae, nisi ἐπανόρθωσιν correctionem probes¹⁾: rhetor profert orationem velut sponte profluentem, dum non curat singula verba, sed dicto se recipit et quasi se corrigens substituit aliud aptius emendatiusque; cum scribit, dicentem de improviso imitatur scribendo; quamquam potuisse vocem minus commode scriptam delere, mavult neglegens videri, quasi adversaria scribat; dum profecto omnibus numeris absolutam expolit orationem, aversatur — sed nonnisi prima fronte — accurationem, ut sordidam minimeque liberalem: sudat, at subridet fronte renidens tamquam otiosa. Hominem crederes ingeniosum, — sed altius inspicias velim ac haereas paulisper mente atque oculis! tum deprehenderis scite dumtaxat promentem et prodigentem ex rhetorica cavillationum supellectili. Nihil refert, fuerintne ista, quae nunc scripta habemus, dialogi an recitationes viva voce preferenda: utique scripta habuerat, commonefacientibus eis, qui audiebant, recitatbat memittere pronuntiabat; cum emendavisset, tum demum librum emittendum curabat. Itaque, quae ad nos pervenerunt scripta, duplices ostendunt curas: fuliginem lucubrationum in commentariis perficiendis, sudorem in emendatione, petita ex iudicio audientium. Attamen agit quasi se recipiat, cum habeat, quae opinione prima oblata citra meditationem proferat. En exempla: Transitus, quo inducitur correctio, fit 1) per μᾶλλον δέ, immo vero²⁾:

¹⁾ Neque enim, ut aiunt, ungue tenus idem est atque id, quod a Quintiliano sub hoc titulo describitur, verum tamen refert aliquatenus eius ideam.

²⁾ Cf. Bernadacis editionis Plut. Mor. t. IV. praef. p. XLV; Curtii Huberti De Plutarchi Amatorio, diss. Kirchhainii Lug. 1903, p. 55—56.

- F. R. 383, 7. οὐ γὰρ μικρὸν ἔσται τῇ περιγενομένῃ τοῦτο μαρτύριον, μᾶλλον δὲ ἀπολόγημα πρὸς κατηγορίαν.
- 400, 5. εἰδὼς ὅτι μεγάλῃ ῥοπῇ μᾶλλον δὲ ὅλον ἡ Τύχη παρὰ πάντ' ἔστι τὰ τῶν ἀνδρ. πράγ.
- *407, 15. περισπάσασα τοὺς πολεμίους, μᾶλλον δὲ ἀποσπάσασα τῆς Ρώμης ἀπροσδοκήτως.
- F. A.¹ 409, 3. δεῖ δὲ ἀντειπεῖν ὑπὲρ φιλοσοφίας, μᾶλλον δὲ ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου...
- 411, 24. ἐθάρρησεν ἐλπίσαι Βαβυλῶνα καὶ Σοῦσα, μᾶλλον δὲ τὴν πάντων ἀνθρώπων ἀρχὴν...
- ² 431, 24—25. ἄνδρα δὲ μέγαν, μᾶλλον δὲ τῶν γεγονότων ἀπάντων μέγιστον,...
- 434, 6. (5: οὗτως ἐρρέμβετο κενεμβατοῦν καὶ σφαλλόμενον ὑπ' ἀναρχίας τὸ μέγεδος αὐτῆς) μᾶλλον δὲ ὥσπερ τὰ νεκρὰ σώματα... (10: ἥσπαιρεν, ἐπάλλετο, ἐφλέγμανε).
- 436, 2—3. ἀγωνιστῇ γὰρ ἡγεμονίας ὑποκριτὴν ἐπεισήγαγε, μᾶλλον δὲ ὡς ἐπὶ σκηνῆς τὸ διάδημα κωφὸν διεξῆλθε τῆς οἰκουμένης.
- Gl. Ath. 464, 6. ὥσπερ γυναικὸς πολυτελοῦς τῆς τραγῳδίας κομμωταὶ..., μᾶλλον δὲ ὡς ἀγαλμάτων ἐγκαυστά.
- Aqu. 3, 7. πολλῶν γὰρ ὄντων, μᾶλλον δὲ ἀπέιρων γενῶν.
- 7, 12. τῆς σήφεως εἰς ὑγρὸν οὖσης ἐκ ξηροῦ μεταβολῆς, μᾶλλον δὲ ὑγρῶν ἐν σαρκὶ φθορᾶς.
- Soll. 30, 1. δὸ καὶ Πλάτων αὖ πάλιν ἀπεῖπε νομοδετῶν, μᾶλλον δὲ ἀπεύξατο τοὺς νέους...
- 75, 17. τὸ πλαττόμενον ὑπ' αὐτῆς, μᾶλλον δὲ ναυπηγούμενον,...
- Brut. 83, 24. ἐγώ σοι παρέξω καὶ συνιέντας αὐτοὺς καὶ διαλεγομένους μᾶλλον δὲ εἰς ίκανὸς ἔσται...
- *99, 1. οὐκ ἀμαδὴς οὐδὲ ἀπαΐδευτος, αὐτοματὴς δέ τις μᾶλλον οὖσα καὶ ἀπροσδεής,...
- Es.¹ 105, 7. ἀλλ' ὁμοῦ πάθεσι πολλοῖς, μᾶλλον δὲ παντοδαποῖς.
- 2) per: οὐ - ἀλλά:
- *F. A.² 426, 12. οἶμαι δὲ καὶ τῶν τότε τεχνιτῶν οὐ κατ' Ἀλέξανδρον: ἀλλὰ δι' Ἀλέξανδρον τοὺς πρώτους γενέσθαι.

Transitus per μᾶλλον δὲ inducit maius quiddam, rarius sine vi augendi (464, 6), admodum raro angustiore gyro sensum prae-

* Retractabuntur sub titulo de lusu verborum.

missi membra coërcens (83, 24); quod membrum si negationem (99, 1. 426, 12) complectitur, figura epanorthoseos non incipit a verbo transitus.

3) per *η̄*:

**F. A.² 426, 3. (1—2: ὅτι καὶ τέχνας πολλὰς καὶ φύσεις μεγάλας ὁ κατ' Ἀλέξανδρον χρόνος ἐνεγκεῖν εὐτύχησεν') ἢ τοῦτο μὲν οὐ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης γέγονεν, ἀλλὰ τῆς ἐκείνων,...

Gl. Ath. 470, 12...; ἢ ὅτι... cetera corrupta.

Aqu. 5, 19. (18: πῶς οὖν οὐ χρησιμώτερον ὕδωρ στοιχείῳ περιττεῦον; 8: Ἡ πρὸς τούναντίον ἄν τις ἐντεῦθεν ἔχων λέγοι;

Soll. 21, 14. (11: διὰ τι δένδρον δένδρον οὐ λέγομεν ἀμαδέστερον...;) ἢ καθάπερ... 16: οὕτως... (19.);

28, 20. ...δῆλός ἐστι... ως μηδετέροις προσδήσων ἑαυτῶν· ἢ φαιλῶς εἰκάζομεν...;

**41, 12. (11: ὁ δὲ καὶ πρὸς τὰ χερσαῖα τῷ λόγῳ χρώμενος ἀπηνῆς καὶ θηριώδης') ἢ μηδὲ Λυσιμάχῳ τι γεγονέναι φήσῃ πρὸς τὸν κύνα τὸν Ὑρκανὸν δίκαιον,...

Brut. 83, 27. Καὶ τινὰ τοῦτον, ὡς Κίρκη, προσαγορεύσομεν; ἢ τίς ἦν οὗτος ἀνθρώπων;

85, 8. (5: δοκεῖς... 7: γεγονέναι μεστὸς ἀτόπων καὶ διαλελωβημένων παντάπασι δοξῶν') ἢ σέ τις αὖ...;

**Es.¹ 102, 6. Ἡ τοῖς μὲν πρώτοις ἐκείνοις ἐπιχειρήμασι σαρκοφαγεῖν τὴν αἰτίαν ἄν εἴποι τις...:

104, 19. ...ἢ νὴ Δία...

Ἡ correctivum ponitur semper post notam interpunctionis (·, ;, .) nec non propria ex parte desiderare videtur in fine eius coli, quod inducit, notam interrogandi, utpote quod particulae interrogationis disiunctivae (subauditio membro primo) vim habeat.

4) per *εἰ* (δὲ) βούλει:

F. A.¹ 413, 15. Καὶ πρῶτον τὸ παραδοξότατον, εἰ βούλει, σκόπει,...
2 439, 5. πρόσγραψον, εἰ βούλει, τῇ Τύχῃ τὰ Ἀρβηλα...

Soll. 14, 10. ἀλλ' εἰ βούλει,... 13: ἀναλάβωμεν.

Hortari animum inducens, ne instantius imperare videatur, delenit adhortationem urbanitatis formula: sodes; quae interiectio quasi subito inserta, impetu hortatoris sedato, ad epanorthosin pertinet.

5) per *πλήν*; ex. gr.:

Gl. Ath. 460, 12. ...ἐκπνεῦσαι πλὴν οὗτος μὲν... 14: φέρε δ' εἴ τις...

** De locis, qui binis asteriscis notantur, agetur iterum in coniectaneis.
Archiwum filologiczne II.



6) per καὶ: F. A.² 431, 2. δύναται... εἰκὼν Ἀλεξάνδρου καλεῖσθαι καὶ εἶναι.
Omnino καὶ iungit ea, quae vocantur synonyma.

Equidem istud syncriseos studium etiam in Plutarchei sermonis ea, quae ad grammaticam syntaxin spectat, conformatioне, videre mihi videor. Atqui fieri potest, ut memet ipsum nimia syncriseos usquequaque investigandae obcaecet cupidus: quaestionem in medium proponam. Notum est ap. Plut. aequae πρὸν ut πρὸν ἢ usu venire nec discrimen ullum inter has binas constructiones adhibendas statui posse, nisi quod in his quoque Plut. hiatus rationem non neglegat¹⁾.

Πρὸν ἢ in Wytttenbachi indice laudatur his locis: I. 55 F; II. 178 E, 203 C; II. 553 a. Quos ipse ex libellis ad hanc dissertationem excussis congesseram locos, iam ut afferam, res monet:

F. A² 440, 8. οὐδέ ὑπέμεινεν ἐξαιρεθῆναι τὸ βέλος αὐτοῦ πρὸν ἢ τρέψασθαι τοὺς πολεμίους.

449, 9. οὐδὲ καὶ πρὸν ἢ γῆμαι τῶν ἀλισκομένων ἀπείχετο.
Soll. 44, 20. ἡ δὲ ἄρκτος ὑπὸ τοῦ πάθους, ὃ καλοῦσι φωλείαν, καταλαμβανομένη, πρὸν ἢ παντάπασι ναρκήσαι...

Brut. 94, 11. καὶ κατηγορεῖ τὴν φαυλότητα πρὸν ἢ βλαβῆναι.

Quin adeo binae constructiones πρότερον ἢ et πρὸν ἢ in unam conflatae inveniuntur:

Soll. 39, 4. οὐδεὶς ἐδυνήθη τὴν κεφαλὴν ἀποτεμεῖν πρότερον, πρὸν ἢ τὸν κύνα... κατακεντῆσαι...

Reperitur quoque πρότερον ἢ:

Soll. 41, 25. ...καὶ κακῶς ἥδη διακείμενος αὐτὸς οὐ πρότερον ἐνέδωκεν ἢ τοῦ βασιλέως ἐξαίμου γενομένου καὶ πειρρέοντος αἰσθόμενος καὶ φοβηθεὶς, μὴ πέσῃ, πράως ύφῆκε,...

¹⁾ Guil. Nachstädt, De altera Plutarchi declamatione quae est „de Alexandri Fortuna“, diss. Berol. 1894, p 28: „H. Heinzius (Plut. Untersuch. p. 45) enim docuit eum (i. e. Plut.) semper coniunctis πρὸν ἢ usum esse, nisi ubi hiatus evitandi causa illud ἢ omittendum erat“. Ex quo liquet Plut. tantum formam syncriticam adamasse, ut, nisi hiatus effugiendi gratia, se ab ea vix separaret. Ad hoc cf. Bernadacem. I. LXXIX. et Schanzii Symbolarum libellum 3: Jos. Sturm, Geschichtliche Entwicklung der Constructionen mit πρὸν p. 147: „Die zweite Gruppe umfasst die Dichter u. Thuc. Πρὸν ἢ ist geschwunden u. tritt auch in der dritten Gruppe (Xen. die Redner u. Plato) nicht mehr auf (auch in den attischen Inschriften findet sich πρὸν ἢ niemals; vgl. p. 152 Anm. 4)“.

Quod testimonium ideo summo opere premendum est, quod erant, qui propter constructionem *οὐ πρότερον ἢ...* ἀνάγωσιν (196 D), Apophthegmata Regum et Imperatorum a Plutarcho abiudicarent, quasi Plut. semper *οὐ πρότ.* ἢ c. inf. iungeret¹⁾. Ceterum monendum est Plutarchum in constructione *πρότερον ἢ c. inf.* usurpanda Ionicam sequi consuetudinem²⁾, quae duabus de causis mirum quantum cara recentioribus scriptoribus fuerit: nam linguae Graecanicae vi insita sensim marcescente obrepebat sermo vulgaris Ionica contagione inquinatus, laeta loquacitate insignis et tumentium verborum ambitu laxe circumscriptus; nimirum copia dicendi fuit, quae praeter sermonis labentis indigentiam auctores ad Ionicum tumorem aucupandum alliciebat.

Tribus dialogis Plutarchi (Soll. Brut. Es.) bestiae cum hominibus comparantur. Ne hic nimis de paradoxo, quo talis comparatio innitatur, insistam, cum separatim de hoc tractare paucis mihi pro posuerim, nunc illud solum praemonere satis habeo, sophistarum redolere cacozelon bestiarum cum hominibus de praestantia contentionem³⁾.

Quae supra demonstrare conatus sum, omnia syncrisin admordum Plutarcho adamamat ostendunt. Quid, quod puram comparationis speciem quasi parum adhuc se in oculos ingerat, oclifera magis atque ingenia permulcente arte adornat et iudicialis contentionis induit honestamentis? Re vera Plinii iunioris illud tibi haud incommode de propriis oratiunculis dictum in mentem veniet, Plutarchi quoque recitationes non κτήματα (quale sit Thucydidis opus austerum) dici posse, verum ἀγωνίσματα.

Haud secus contentionе peragitur Plutarchi declamatio de F. R.,

¹⁾ De spuria genuinave origine memorati libelli indagare hoc loco meum esse non censeo neque unius argumenti refutatio tantum valet, ut praeiudicium quaestioni de toto bello afferre velim.

²⁾ Herm. Ricc. Grundmann, Quid in elocutione Arriani Herodoto debatur, diss. Berol. 1884, p. 64.

³⁾ S. O. Dickerman, De argum. quibusdam ap. Xen. Plat. Arist. obviis e structura hominis et animalium petitis. Diss. Hall. 1909, p. 31 [in annotatione 3) laudantur loci, in quibus Norden exempla in hanc materiam ex litteris antiquis excusxit], 32, 69, 70, 71, 77, 79, 80, 82, 83; cf. etiam Georg. Siefert, De aliquot Plutarchi scriptorum moralium compositione atque indole, diss., Lips. 1896, p. 99.

ac Prodicis narratio de Hercule in bivio¹⁾ aut Luciani (sc. posterioris Plutarchi) Δίκη φωνηέντων. En λόγων ἄμιλλα, Γοργίειον σχῆμα, si quaeris auctorem; ceterum iam ἀγών Όμήρου καὶ Ἡσιόδου et Μελαμποδία²⁾ Graecorum ingenio nativam fuisse contentionis formam produnt. Ecquid mirandum, quod Euripidis³⁾ tragœdiae præ ceteris exuberant λόγων ἀγώστιν? Aequum est supersedere enumerationi; quinam libelli Plutarchei iudiciale contentione per totam exhibeant compositionem quibusve maxime in partibus ea adhibeatur; etenim longe patet lateque invenitur. Satis erit singulas proponere locutiones, per quas fit iudicialis contentio in Plutarchi scriptis a me investigatis. Ac primum eas, quae ipsam contentionem significant, voces ἀγών et ἄμιλλα eruam:

F. R. 386, 2. Νυνὶ δέ μοι δοκῶ τοῦ προβλήματος ὥσπερ ἀπὸ σκοπῆς καδορᾶν ἐπὶ τὴν σύγκρισιν καὶ τὸν ἀγῶνα τὴν τε Τύχην καὶ τὴν Ἀρετὴν βαδιζούσας.

F. A.² 453, 6. τίς οὖν οὐκ ἀν εἴποι τότε παρὸν ἀκίνδυνος θεατής, ὅτι Τύχης μέγαν ἀγῶνα καὶ Ἀρετῆς θεᾶται,...

Soll. 14, 10. ἀλλ' εἰ βούλει, πρὸ τοῦ ἀγῶνος ὅσα τοῖς ἔχθρες λόγοις προσήκοντα λεχθῆναι καιρὸν οὐκ ἔσχεν ... (13) ἀναλάβωμεν.

54, 13. οὐ παιδὶ τὸ χρῆμα τοῦ λόγου γέγονεν, ἀλλ' ἐρρωμένος ἀγών...

F. A.¹ 420, 9. ἡρώτησεν, εἰ βασιλεῖς ἀγωνίζονται...

Soll. 43, 11. οὐ κρεῶν χάριν ἀλλὰ νίκης καὶ φιλονεικίας ἀγωνιζόμενοι.

81, 23. ταυτὶ γάρ, ἂν πρὸς ἀλλήλους εἰρήκατε, συνθέντες εἰς ταύτὸν ἀμφότεροι, καλῶς ἀγωνιεῖσθε... πρὸς...

F. A.¹ 410, 12. Τύχης ἀνταγωνιζομένης, οὐ συμμαχούσης.
428, 27. ...ῶν ἀνταγωνιζομένων ἀλλήλοις,...

436, 2. ἀγωνιστῇ γάρ ἡγεμονίας ἐπειζήγαγε,...

F. A.² 445, 25. ποίους γάρ Τυφῶνας ἡ πελωρίους γέγαντας οὐκ ἀνέστησεν ἀνταγωνιστὰς ἐπ' αὐτὸν;

Soll. 43, 3. καὶ φανερὸν εἶναι αὐτοῦ ποιούμενον ἀνταγωνιστὴν,...

Es.¹ 105, 12. μετρεῖν τὸ φύλαιον καὶ ἀγωνισμα.

¹⁾ Cf. Danielis Wyttēbachii Animadversiones in Plutarchi Opera Moralia, Lips. 1834, t. 3, p. 71, annot. ad F. R. 317 C.

²⁾ Christ-Schmid, Gr. Lit. I, p. 127.

³⁾ Ibid. I, p. 288; H. Steiger, Euripides pp. 64. 83.

- F. R. 386, 6. ἐπανθεῖ δέ τι καὶ τῷ προσώπῳ (sc. τῆς Ἀρετῆς) πρὸς τὴν ἄμιλλαν ἐρύθημα τῆς φιλοτιμίας.
- 392, 15. εἰς παιδίαν σφαιράς ἢ κύβων ἢ νὴ Δία θρεμμάτων ἀμίλλης, οἷον ὁρτύγων, ἀλεκτρυόνων, ...
- 408, 6. ὁ δ' ἄγων αὐτὸν (i. e. τὸν Ἀλέξανδρον] δόξης ἔρως καὶ ἡγεμονίας ζῆλον ἔσχε καὶ ἄμιλλαν ὑπερβαλέσθαι...
- F. A.¹ 420, 10. ἀδικον εἴπεν εἶναι τὴν ἄμιλλαν, ἐν ᾧ νικήσει μὲν ἴδιωτης, νικηθήσεται δὲ βασιλεύς.
- ²448, 17. καὶ ζῆλος ἥλικίας παραλλήλου καὶ ἄμιλλα περὶ δόξης καὶ ἀρετῆς ἐτάριφων ...
- Soll. 14, 2 (13, 24: παρέσχομεν... 14, 1: ...νεανίσκοις) περὶ συνέσεως θηρίων 2 ἐνάλων τε καὶ πεζῶν ἄμιλλαν, ...
- 20, 19. τὸ νυνὶ πεποιηκός ἐν τοῖς νεανίσκοις τὴν ἄμιλλαν ...
- Gl. Ath. 459, 14. ὁ γοῦν Θουκυδίδης ἀεὶ τῷ λόγῳ πρὸς ταύτην ἀμιλλᾶται τὴν ἐνάργειαν, ...

Iam nunc afferam vocabula, quae apud nostrum arcessita per translationem, proprie in causis solum adhibebantur:

- Gl. Ath. 468, 4—5. ἐξ ὧν εἰκότως Αἰσχύνης σκώπτων τὸν Δημοσθένην λέγειν φησίν, ὅτι γράψεται τῷ βήματι διαδικασίαν πρὸς τὸ στρατήγιον.
- Soll. 20, 18. καὶ μαρτυρεῖ τὸ νυνὶ πεποιηκός ἐν τοῖς νεανίσκοις τὴν ἄμιλλαν ...
- 28, 2. Ἐπίσχεις, ὡς Αύτόβουλε, καὶ παραβαλοῦ τὸ θυρίον τῆς κατηγορίας ...
- 29, 4. Δεῦρο δὴ καθίζου πρὸς ἡμᾶς, ὅπως, εἰ δεήσει μάρτυρος, ...
- 6—7. ...τοῖς λεγομένοις ἀληθῶς τὴν ψῆφον ἐπιφέρωμεν.
16. Ἡ μὲν ἀγορὰ τοῖς δικαζομένοις ...
- 48, 9—10. (6—7: ψῆφες ... μανδάνοντες διαλέγεσθαι) ἐμοὶ δοκοῦσι προδικεῖν καὶ συνηγορεῖν τοῖς ἄλλοις ζώοις ἐν τῷ μανδάνειν, ...
23. μαρτυρεῖ δὲ αὐτῷ τὸ φαυλότερον ἄδειν ...
- 54, 4. τῷ προδικοῦντι τῶν ἐνύδρων.
13. οὐ παιδία τὸ χρῆμα τοῦ λόγου γέγονεν, ἀλλ' ἐρρωμένος ἄγων καὶ ρητορεία κιγκλίδων ἐπιδέονσα καὶ βήματος.
- 55, 2. ἀμαρτύρους ίνδῶν ... διηγήσεις ...
- 81, 16—17. Ἐξεστιν οὖν ὑμῖν, ὡς ἀνδρεῖς δικασταί, τὴν ψῆφον φέρειν.

Brut. 94, 10. (5: ή δ' ὄσφρησις... 9: οὐκ ἐὰ̄ Διγεῖν οὐδὲ λυπῆσαι) τὴν γεῦσιν ἀλλὰ διαβάλλει καὶ κατηγορεῖ τὴν φαυλότητα... Es.¹ 105, 3—5. ...λόγον ῥήτορος ὄρῶν ἐν δίκῃ τινὶ καὶ συνηγορίᾳ... φερόμενον ἐπὶ βοηθείᾳ κινδύνων, η̄ νὴ Δί' ἐλέγχῳ καὶ κατηγορίᾳ τολμημάτων... Es.¹ 106, 22. (19: ἀλλ' αὐτόθεν η̄ φύσις τῇ λειότητι τῶν ὁδόντων...) ἔξομνυται τὴν σαρκοφαγίαν.

Volkmanno auctore sparsa viget falsa quidem doctrina, nihilo tamen minus — an dicam potius: idecirco? — firma, quin nuper celebrata ab Hartmano¹⁾: esse Plutarchum mentium medicum.

At mihi, cum Plutarchi declamationes, „diurna“ versarem „manu“, versarem „nocturna“, et velut themata in scholis posita, in quibus defervescerent pueri, cognoscerem, iterum ac saepius in mentem occurrebat quaerere, quid interesset inter Plutarchum iuvenem et ex. gr. Lucianum? Itaque penitus scriptis, quae mihi elegeram, evolutis atque opinione rursus ac rursus formata ac velut recocta, ad illud discrimen inter utrumque sophistam concipiendum perveni: illum Boeotium fuisse et rigidæ natura mentis, hunc Asianum hominem (omnia dixi prudenti, cum dixi: Asianus); cetera communia utriusque. At plerumque uterque graviorem agit!

Sed ad propositum redeo. Itaque expressis verbis scripsit Volkmann in libro laudato, 1, 14: „Er (sc. Plut.) hat wenig Antithesen und geht äusserst sparsam mit rhetorischen Figuren²⁾ um“. Missas faciam hoc loco ceteras figuræ: de antithesi³⁾ utique non concesserim, nam scatent per omnia scripta nostri iuvenilia. Quarum singulas species atque eas celeberrimas iam afferamus. Vulgo notum sollemneque erat par illud oppositionem efficiens: λόγος — ἔργον, ut mihi persuasum est, etiam linguae vulgari usitatum; qua de causa minime aequum censeo, nisi data opera frequentetur, loco rhetoricae figuræ haberi id necesse esse⁴⁾. Ea igitur antithesi his locis Plutarchus utitur:

¹⁾ J. J. Hartman, De Plutareho scriptore et philosopho. Lugduni Batav. 1916.

²⁾ Cf. W. Kopp, Gesch. v. griech. Lit.⁸ 223: „Die Sprache (de Plut. censuram peragit) ist fern von Künstelei u. doch kunstvoll,...“

³⁾ Cf. Bernad. ed. 1 praef. p. LV. W. Christ-Schmid, G. d. gr. L. II, 1, 232; Aqu. 5, 19. Ή πρὸς τούναντίον ἀν τις ἐντεῦθεν ἔχων λέγοι; Soll. 14, 15: ὡς τῷ θνητῷ τὸ ἀθάνατον ἀντικεῖται... 16—17: οὔτως ὑπάρχοντι τῷ λογικῷ χρῆναι τὸ ἀλογον ἀντικεῖσθαι καὶ ἀνθυπάρχειν.. Cf. Soll. 12, 9. 14, 24—25. 15, 4.

⁴⁾ De oppositione λόγος — ἔργον conferas quaeaso C. Morawski, De

F. A.¹ 413, 1. τούτοις γὰρ ὁρίζουσι φιλοσοφίαν οἱ λόγοι αὐτὴν οὐκ ἔργον νομίζοντες.

13. ὀφθήσεται γὰρ, οἵς εἶπεν, οἵς ἐπράξεν, οἵς ἐπαιδευσε, φιλόσοφος.

415, 21. Ἀλεξανδρος δὲ τῷ λόγῳ τὸ ἔργον παρέσχεν.

Gl. Ath. 456, 15. ἐμφαινομένης διὰ τῶν λόγων τῆς πράξεως ὡς ἐν ἑσπόπτῳ.

461, 7. οὐ γὰρ οἱ λόγοι ποιοῦσι τὰς πράξεις...

17. ὅτι καὶ αὐτὸι τὰ πράγματα τῶν λόγων ἀναγκαιότερα καὶ κυριώτερα νομίζουσιν.

462, 12. διὸ καὶ πολὺ τῶν ἔργων ἀφέστηκεν, εἰ λόγος μὲν ἔργον, καὶ λόγου δὲ μῦδος εἰκὼν καὶ εἴδωλόν ἔστι.

15. ὅσον ἀπολείπονται τῶν πραττόντων οἱ λέγοντες.

470, 8—9. ἀλλὰ νὴ Δία τοὺς Δημοσθένους τοῦ ῥήτορος λόγους ἄξιον ἔστι τοῖς τοῦ στρατηγοῦ ἔργοις παραβάλλειν;

Soll. 50, 20. ἐπεὶ δὲ τὸν καιρὸν ἐκ τῶν λεγομένων καὶ πραττομένων ἐνόησεν, ...

71, 7. οἱ δὲ πλεῖστοι τὸν ἀνδίαν ιερὸν εἶναι καὶ λέγεσθαι νομίζουσιν... cf. F. A.² 431, 2: δύναται... εἰκὼν Ἀλεξανδρον καλεῖσθαι καὶ εἶναι.

Brut. 94, 3. ή μὲν γὰρ γλώττα τοῦ γλυκέος καὶ αὐστηροῦ γνώμων ἐστί τε καὶ λέγεται, ...

98, 23—24. ὥρα σκοπεῖν ὄνομα κάλλιον αὐτῇ καὶ τιμιώτερον, ὡς περ ἀμέλει καὶ δι' ἔργων...

Graece scriptum quid exstet, ubi terra mari opposita non inveniatur, velim mihi reperias! Haud noster neglexit:

F. R. 384, 5—6. εἰ διαποροῦμεν περὶ αὐτῆς (i. e. τῆς Ῥώμης), ὡς ὑπὲρ γῆς καὶ θαλάττης καὶ οὐρανοῦ...

387, 24. ἀλλ' ὅσα φέρει πᾶσα γῆ πᾶσα δὲ θάλαττα καὶ ποταμοὶ καὶ μέταλλα καὶ λιμένες, ...

391, 3—4. πολὺν μὲν ἐν γῇ πολὺν δὲ ἐν θαλάσσῃ.

403, 5. καὶ παραμείνας βέβαιος ἐν γῇ καὶ θαλάττῃ καὶ πολέμοις...

F. A.¹ 422, 8. πέρατα γῆς ἀνευρὼν καὶ θαλάττης...

gloria Athenarum et de gloriis Atheniensium, p. 30; Nachstädt p. 9; Christ-Schmid, Gr. Lit. 1, 471₂; omnium in recentioribus litteris rhetorum facile princeps, Victor Hugo, opus duobus voluminibus conscripsit, quod titulum fert: Actes et paroles.

Gl. Ath. 465, 15. Ἀρήιος ὁ κῶμος οὗτος ἐκ γῆς ἄμα φάλαγξι καὶ στόλοις ἐκ Δαλάττης...

Soll. 24, 19. ἀλλ' ἡμὲν τοῖς ἡμέρως καὶ φιλανθρώπως ζῆν δοκοῦσι ποῖον ἔργον ἀπολείπεται γῆς, ποῖον ἐν Δαλάττῃ,...

54, 25. διὰ τὸν λόγους ἑκεχειρίας... τοῖς ζῷοις κατά τε γῆν καὶ κατὰ Δάλατταν δεδομένης τὸ σῆμερον.

74, 18—19. τῆς κατὰ γῆν πορείας τηνικαῦτα τὴν διὰ τῆς Δαλάττης ἀσφαλεστέραν ἔχοντες.

76, 11. ὥστε παριέναι μηδὲν εἴσω μήτε τῆς γῆς μήτε τῆς Δαλάττης.

Simillimam oppositionis indolem exhibent: aestas et hiems:

F. R. 391, 18. Δέρος δὲ χειμῶνι (sc. ἐπιτάξαι)...

Aqu. 2, 5. τοῦ δ' ὕδατος χρεία καὶ χειμῶνος καὶ Δέρους... nox et dies:

6. νυκτὸς καὶ μεδ' ἡμέραν·

Soll. 69, 14—15. προελθόντος δ' αὐδῆς ἐπακολουθεῖ μῆδ' ἡμέρας μήτε νυκτὸς ἀπολειπόμενον,...

74, 17. δι' ἦν ἐπτὰ μὲν ἡμέρας ἐπτὰ δὲ νύκτας ἐν ἀκμῇ χειμῶνος ἀδεῶς πλέοντι,...

amicus — infensus — hostis:

Es.² 117, 1—3. προεσθαι τὸν ἐχθρὸν ὡς φίλον, ἢ... ἀνελεῖν τὸν οἰκεῖον ὡς πολέμιον; ox.

vita — mors (frequentissima figura):

F. A.² 433, 8. τὸν δὲ Σαρδαναπάλλον βίον ἀν τις ἢ τάφον (οὐδὲν γάρ, οἶμαι, διαφέρει)...

Virtus — Fortuna¹⁾ infra tractabuntur; quae omnia paene in proverbia abierunt.

Magni sunt momenti in oppositione pronomina et quae dicuntur adiectiva numeralia, vel omnino omnia, quae ex pronominali stirpe derivantur²⁾, ut in reliquis quoque figuris³⁾:

F. R. 391, 3—5. εὐρών δὲ τὸν Πομπήιον ἄρρον καὶ πολύν... αὐτὸς ὀλιγοστὸς ὥν.

¹⁾ W. Christ-Schmid, II, 1, 361, 381.

²⁾ Nam partitio ista in pronomina et adiectiva numeralia nisi ratione logica excusari non potest; quae tamen ad origines linguae partium explicandas nihil prorsus valet, cum aeque in morphologia atque in syntaxi adiect. num. cum. pronom. arctissime convenient.

³⁾ Adversarum notionum immediatam (i. e. nullo — exceptis particulis, prae-positionibus, coniunctionibus — vocabulo intercedente) copulationem nota o. x. (y-moron) designabo; sic enim quoque oxymoron accipi video.

F. A.² 448, 16. ἀλλὰ τὰ μὲν ἐκτὸς ἐν ὀλίγοις ὅπλοις φιλοτιμίᾳ πολλή...

449, 11—12. ὁ μὲν γὰρ χρημάτων ὀλίγων τὸν Ἐκτορος νεκρὸν ἀπελύτρωσεν, ὁ δὲ πολλοῖς χρήμασι Δαρεῖον ἔδαψε.

Gl. Ath. 458, 16. ὀλίγοι μὲν ὄντες ὡς πρὸς τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων.

Soll. 73, 3. οὐτε γὰρ πλέον οὕτ' ἐλαττον ἐκβὰς ἀλλ' ὅσον εἰς ὥραν ἔτοντος ὁ Νεῖλος... οχ.

21, 18—19. οἵς μὴ φύσει πᾶσιν ἡ τοῦ φρονεῖν δύναμις, ἄλλοις δὲ ἄλλως κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἡττον παροῦσα... οχ.

Brut. 100, 8. ὡς γὰρ οὐκ ἔστι δένδρον ἔτερον ἔτερον μᾶλλον οὐδὲ ἡττον ἄψυχον, ... οχ.

13. ἄλλα δὲ μᾶλλον καὶ ἡττον ἄλλων πως μετεῖχεν. οχ.

Herodianus¹⁾ hanc protulit figurae definitionem: σχῆμα ἔστιν ἔξαλλαξις φράσεως ἀπὸ τοῦ καταλλήλου ἐπὶ τὸ κρείττον μετά τινος ἀπολογίας. Quid est ἐπὶ τὸ κρείττον? Atqui nihil est ut harioleum, cum praesto sit responsum: ea nempe est figura, quae rem, si dicenda esset proprie, humiliorem, in maius extollat amplificetque exsultando. Τὸ κατάλληλον exemplum est simplex. Ἀναλογία postulat, ut figura servet similitudinem; at nescio qui emendare locum sibi visus est, cum in locum ἀναλογίας proposuit: ἀπολογίας, si recte conicio, cogitans de coniunctionibus ὥσπερ, καθάπερ, ὡς, οἷον sim., quibus excusaretur quadamtenus licentia translationis. Attamen non liquet, cur imago excusatione carens i. e. non in similitudinis speciem instituta, figurae loco habenda non sit. Sed videat ipse emendorator; ego Herodianum advocavi, ut demonstrarem figuram proprie dictam esse translationem. Nam exemplum non est figura: nil delectat, nil transfert; in transitu est simile, nam transfert et iam fingit; sed non nisi metaphorae ope fit, ut ficta oratio induatur personis. Ergo velut cardini incumbit translationi prosopopoeia. Duplex est prosopopoeiae ratio: aut per se instituitur sola, ut in eo metaphorae genere, quod imaginem denominare liceat, aut fit, quod Graeci vocabant διάλογον προσωποποιεῖν. Multum inter se distant ambo ista genera: hoc habent commune, quod utrumque lepidam desiderat manum, scilicet rhetoris sollertia in arte. Meum est primum translata percensere verba, mox prosopopoeiae describere aliquas figuras, denique de dialogo pauca disserere.

Metaphorae, quae in singulis verbis delitescit, locorum indice secundum orationis partes composito quid lucidius primum translationis genus ostendere potest?

Saepissime translationem accipit verbum²⁾:

- F. R. 384, 4—5. 11. 386, 5, 393, 4—5, 5. 395. 28. 396, 14. 397, 8, 23. 400, 10. 403, 18. 404, 11. 407, 4—5.
- F. A.¹ 409, 15. 410, 14. 411, 11, 16, 18. 412, 12. 413, 23. 414, 15. 415, 5. 418, 7, 9. 419, 6. 422, 9, 9—10, 15—16, 25,

¹⁾ Spengel, Rhet. Gr. III p. 85.

²⁾ Verbum aut ipsum translationem efficit et in totam sententiam effundit, aut solum se translationi absconditae in alia quacumque enuntiationis parte accommodat.

- 25—26. 423, 12. 425, 10. ²427, 2, 27. 430, 8—9. 431,
 23—24. 432, 12. 434, 5—10, 10, 11, 16. 436, 2, 3, 16.
 441, 12. 443, 12—13, 16. 444, 16. 449, 25. 451, 3, 3—4,
 6. 14. 452, 3.
 Gl. Ath. 456, 1—2. 457, 13, 13, 14. ^{457, 26}_{458, 1} 459, 17. 465, 6. 466,
 16—17.
 Soll. 11, 12. 12, 19. 13, 8. 15, 6. 20, 18. 22, 1, 14, 18, 20. 48, 23.
 54, 4, 17. 55, 4, 19—20. 64, 5. 67, 9, 15. 71, 9, 10.
 75, 17. 81, 13—14.
 Brut. 87, 25. 88, 14. 89, 14. 90, 17. 92, 16. 93, 1, 3. 94, 10, 10.
 Es.¹ 105, 3, 3—4, 13, 13, 16. 106, 22. 107, 5. 110, 8, 8—9. ²115,
 19, 20. 116, 1.

Sequitur substantivum¹):

- F. R. 384, 10, 25. 385, 9, 9, 10. 386, 22. 398, 16. 401, 26. 402,
 1—2.
 F. A.¹ 410, 3. 412, 18. 416, 2. 417, 5. 419, 23. 422, 3—4. 423, 8.
 425, 15. ²426, 16. 428, 1, 11. 431, 8. 433, 7, 18. 436,
 2, 2, 3. 437, 23. 438, 16. 442, 11. 448, 21. 452, 26.
 453, 19, 20. 454, 6.
 Gl. Ath. 455, 8. 456, 16, 17. 458, 22. 462, 7—8. 463, 13. 465, 6, 7.
 Soll. 13, 16—17. 22, 17, 17. 28, 2. 31, 2. 32, 16, 16. 34, 17. 40,
 18, 18, 22. 48, 17. 53, 9. 54, 24. 66, 24—25. 70, 3.
 78, 17.
 Brut. 82, 20. 94, 3. 96, 6. 99, 5.
 Es.¹ 105, 20. 109, 16. ²111, 7, 10.

Tertia sunt adiectiva:

- F. R. 390, 8. 393, 21. 395, 10. 397, 10—11. 405, 21. 406, 5.

¹⁾ Translationem admittit aut ipsum per se i. e. absolutum, aut coniunctum cum genetivo casu substantivi abstracti, ex. gr. τεῦχος ἀρετῆς I.). Substantivum metaphorice usurpatum saepius praedicati locum obtinet.

I.) Translatio continetur fere continuazione verborum; unius verbi coegeretur cancellis:

F. R. 402, 16.

F. A.¹ 419, 23. 425, 15. ²428, 1. 451, 3, 3—4. 453, 19, 20.

Gl. Ath. ^{457, 26}_{458, 1}

Soll. 20, 18. 22, 14, 17, 17, 20. 48, 23. 64, 5.

In appositione est: F. A.¹ 412, 18. Es.¹ 105, 20.

F. A.¹ 411, 14. 415, 18. 416, 1. 417, 21. 418, 20. 419, 4. 423, 5,
5, 15, 25. 427, 24. ²430, 15. 431, 5. ^{433, 28}_{434, 1} 435, 5.
438, 11. 439, 26. 440, 24. 449, 9.

Gl. Ath. 466, 13.

Aqu. 4, 10.

Soll. 15, 4, 5, 20. 22, 11, 19, 20. 24, 3. 27, 3. 31, 3—4. 4. 17.
45, 11. 47, 5. 52, 5, 5. 53, 18. 54, 5. 68, 15. 77, 10.

Brut. 89, 14. 90, 17. 22. 92, 13. 94, 14, 24. 99, 13.

Es.¹ 102, 10. 105, 16. 106, 5. 109, 9, 11, 12, 18—19. ²113, 7, 13.

Non abnuunt translationem etiam ad verbia vel confines adverbiis conformatio[n]es deductae ex substantivis:

F. A.² 443, 11.

Gl. Ath. 457, 5. 466, 23.

Soll. 24, 18. 31, 27. 72, 5.

Brut. 90, 17. 92, 15.

Es.¹ 109, 19. ²118, 22.

Translatio varios habet gradus. Sunt quaedam acyrologiae, quae iam antiquitus vi propria vocabuli abolita potitae sunt prope ab origine litterarum significatio abstracta. Interdum naturalis et principalis significatio vocabuli non prorsus evanuit usurpaturque utroque sensu apud eundem auctorem. Quas cum acyrologias veris metaphoris immiscere noluisset, loco secreto, quae maxime pervulgatae mihi videbantur, eas ordine alphabetico contuli:

ἄδικτος intactus; met. integer, Soll. 22, 20: *ταῦτα μὲν οὖν ἐκείνοις νεαρὰ καὶ ἄδικτα πρὸς τὸν λόγον...* καταλείπωμεν; de oratione dicit ut de virgine, quae per euphemismum pro incorrupta appellabatur integra. Vocabulum promptum *ex* poetis scaen., in pr. or. insolitum.

aiχμάλωτος· hasta met. bello captus (synecdoche), F. R. 402, 7—8. *βασιλείας* *aiχμαλώτοις*. F. A.¹ 423, 25. *ῆχθη πρὸς Ἀλέξανδρον α—ος, ...* F. A.² 427, 24. *τὸν αὐλητὴν λαβῶν α—ον, ...* 439, 26. *οὐδέν τι βελτίους τῶν aiχμαλώτων ...* 440, 24. *ἐν τοῖς περὶ Δαμασκὸν aiχμαλώτοις, ...* 449, 9. *προέκρινε τῆς γαμετῆς τὴν aiχμαλώτον.* Gl. Ath. 466, 13. *ἀσπιδ' aiχμαλώτον.* Voc. ion. — De rebus: Hdt. poet. Xen. Dem. Pol.

ἀναρτάω suspendo; met. med. se applicare alicui rei, Brut. 93, 1: *ἐνταῦθα δ' ἀνηρτημένος ἀεὶ ταῖς ἐπιθυμίαις.*

ἀνδέω floreo propr. et met., Gl. Ath. 462, 24. ἥνδησε δ' ἡ τραγῳδία.
βοηδέω succurro ad clamorem (sc. -oppressi) met. iuvo, suffragor.

Soll. 64, 5. ἡ γὰρ ψιλότης οὐ βοηδεῖ πρὸς τὴν τραχύτητα.

γεύω gustare facio met. med. experior, Soll. 12, 19. καὶ τὴν ἀγριότητα γευσαμένην φόνου... ferocitatem quasi feram sanguinem gustavisse singit. Es.¹ 102, 14. βαλάνου δὲ γευσαμένοι καὶ φαγότες. Es.¹ 110, 16. Τιτάνων... γευσαμένων τοῦ φόνου, ... F. A.² 436, 17—18. ...ἔξουσίας καὶ δυνάμεως, ἵσ μικρὸν ἔτεροι μεταλαβόντες καὶ ἀπογευσαμένοι... Es.² 115, 19. καὶ γευσαμένον οὕτω καὶ προμελετῆσαν ἐν ἑκείνοις τὸ φονικὸν ἐπὶ βοῦν ἐργάτην καὶ... al.

δυζωπέω oculos alienius molestia afficio met. taedio afficio. Es.¹ 105, 16. Ἄλλ' οὐδὲν ἡμᾶς δυζωπεῖ, οὐ χρόας ἀνδηρὸν ἐἴδος, ... 107, 5. δυζωπεῖ σε παροῦσα ψυχὴ ἀπολαύειν τῆς σαρκὸς. ἐγκαλλωπίζομαι se in aliqua re venustum praebere met. artem suam in... ostentare, Soll. 22, 20. ταῦτα μὲν οὖν ἑκείνοις νεαρὰ καὶ ἄδικτα πρὸς τὸν λόγον ἐγκαλλωπίσασθαι καταλείπωμεν.

ἐκποδῶν met. e medio. Brut. 90, 17. ...τὸν δυμόν, ἀλλ' ἐκποδῶν δεμένους νήφοντι χρῆσθαι τῷ λογισμῷ,

δύραζε foras. met. in liberum, Soll. 72, 5. ὅταν δὲ μείζονα γένηται, μεδιάστι δύραζε καὶ διδάσκουσι νήχεσθαι πλησίον.

ἰσορροπέω aequilibrium facio. met. aequalibus sum viribus. Soll. 15, 6. ἔξεις καὶ στερήσεις περὶ ταύτων... γένος οἶον ἢ σορροποίσας. Brut. 88, 14. ἐν γὰρ τοῖς δηρίοις ισορροπεῖ πρὸς ἀλκὴν ἡ φύσις καὶ τὸ δῆλυ τοῦ ἄρρενος οὐδὲν ἀποδεῖ, ... al.

καρπόω fructum fero. met. med. fruor, percipio, Brut. 93, 3. οὐδὲν ἡδονὴν ἀπὸ τῶν ἄλλων πραγμάτων... ἐκαρπούμεν, ...

καταμηνύω defero met. manifestum facere. F. A.² 430, 8—9. μόνος γὰρ οὗτος (i. e. ὁ Λύσιππος)... κατεμήνυε τῷ χαλκῷ τὸ ἥδος (i. e. τοῦ Ἀλεξανδρον).

κατασπειρω consero met. passim impono, F. A.¹ 414, 15. κατασπείρας τὴν Ἀσίαν Ἐλληνικοῖς τέλεσι.

κορυφὴν ἐπιτίθημι met. finem impono, Soll. 53, 9. Ἰνα δὲ κορυφὴν ὁ λόγος ἐπιθεὶς ἔαντῷ παύσηται, ...

*λαμπρός*¹⁾ splendidus met. perspicuus, Soll. 31, 4. *λαμπρὰ καὶ ἐναργῆ*
καὶ βέβαια παραδείγματα...

μαρτυρέω testis sum met. testimonio, argumento sum, Soll. 20, 18.
καὶ μαρτυρεῖ τὸ νῦν πεποιηκός... 48, 23. *μαρτυρεῖ δὲ αὐτῷ*
τὸ φανδότερον ἔδει... cf. F. R. 398, 16. *ἀλλὰ ταῦτα μὲν*
εύτυχίας τῆς Νομᾶ προσιστόρηται μαρτύρια.

περιτίθημι circumdo, met. tribuo, F. R. 384, 4—5. *καλόν τι τῇ Ρώμῃ*
καὶ ζηλωτὸν ὁ ἐνεστῶς λόγος ἀξίωμα περιτίθησιν, ...

σπένδω libo met. med. pacisco, F. R. 384, 11. *εἰκός ἐστιν αὐτὰς*
(i. e. Τύχην καὶ Ἀρετὴν) σπεισαμένας συνελθεῖν.

σπέρμα semen met. igniculus, scintilla, Soll. 34, 17. *ἐνεστὶ δὲ πολλὰ*
μὲν ἐγκρατείας σπέρματα...

στοχασμός collimatio ad scopum met. respectus, Soll. 70, 3. 72, 26.

σύντροφος simul nutritus met. sodalis, familiaris. Soll. 24, 3. *ἀγνοεῖν*
τὰ φίλτατα πρόσωπα καὶ φεύγειν τὰς συντρόφους διαι-
τας, ...

σφάλλω vacillare facio met. med. cladem, damnum accipio, secius
ago. F. A.² 452, 2. οὐδὲ τῶν Βαβυλῶνος ἐπιβαίνοντα τειχῶν
σφαλῆναι καὶ πεσεῖν ἀπ' ἐλπίδος μεγάλης. al.

τρόπαιον met. victoria, Gl. Ath. 455, 8. *ἄνελε τὴν Περικλέους πολι-*
τειαν καὶ τὰ ναύμαχα πρὸς Ρίῳ Φορμίωνος τρόπαια. cf.
dictum Cratetis F. A.² 433, 7. quod Plut. in proprii ar-
gumenti usum convertit. v. 10.

τυφλός caecus met. obscurus. Soll. 31, 17. *...ἀλλὰ μικροῖς καὶ τυφ-*
λοῖς ἵχνεστιν ἐντυχάνοντες...

ὑπουλος qui habet (aut qui est, ut) ulcera in intestinis, met. sub-
dolus, occultus. F. A.¹ 411, 14. πᾶσα δὲ ὑπουλος ἡ Μα-
κεδονία. 416, 1. φυγῶν ἐνέπλησε καὶ στάσεων ὑπούλων
τὴν ἥγεμονίαν.

*φιλανθρωπία*²⁾ caritas generis humani met. humanitas. In vocabulo
φιλανθρωπίᾳ praevaluisse significationem translatam te-
stimonio est φιλανθρώπευμα facinus liberale, quo in de-
rivato sensus commissurae radicitus extinctus est.

¹⁾ Lexicon technologiae Graecorum rhetoricae concessit... Io. Christ. Theoph. Ernesti. Lips. 1795, p. 194.

²⁾ M. Schneidewin, Die antike Humanität, Berl. 1897. Th. Zieliński, D. Ant. Hum.; Christ-Schmid, G. d. Gr. I. II, 1, 5. Ego saepe mecum re-
 putavi, quid esset, cur tamen Plutarchum amare cogerer et ille mihi sapiens Chaeroneus, licet non „mentium medicus“, tamen bonus morum institutor et aptus

*Ne ab incepto longius discedam, vocabuli *φιλανθρωπίας*, ex quo orta est haec disputatio, enarranda est translatio. *Φιλανθρωπία* in

iuventae I.) paedagogus videretur? Nimirum graecum cor habuit nullaque fere invenitur in eius scriptis pagina, quin quoquo modo humanam commendet societatem. Omnes novimus Panaetii doctrinam et Scipiones humanitatis colendae fautores. Sed, ut mihi videtur, altius res est repetenda, si recte saeculum Plutarchi eiusdemque saeculi studia et proprios quasi colores intellegere velis. Amor pacis bellicosam olim Romanam societatem tunc temporis pervadebat. Propagato ad fines oecumenes imperio omnium nationum legationes Romam velut ad communem focum mundi antiqui affuentes, altera ex parte magistratus Romani ac mercatores remotas Graeciae, Aegypti, Orientis regiones adeuntes effecerunt, ut sensim nasceretur et quidem per omnes doctos pariter atque indoctos diffusa esset notio civis mundi. Id praecipue premo non philosophica institutione effectum esse, ut Asiam Minorem temporibus Christi nati aura quadam obscura Φήμη similis, nullo certo auctore, religiosa aliquis opinio penetraret, quam vulgus maxime foveret: brevi fore ut regnum universae fraternitatis inter homines conderetur sine ullo discrimine generis, ordinis, nationis. Quod vulgare studium simul atque ad aures doctorum emanavit, exoletam Diogenis doctrinam novo tinxit colore, qui non tam ratione, quam affectu nitebatur. Mira congruentia inter Epicteti II.) dissertationes et Sanctam Scripturam Novi Foederis perculsus Theodorus Zahn olim coniecit fuisse Epicteto notas St. Pauli epistulas. Quae opinio, ut iam refutata est, mihi etiam hanc ob rem supervacanea videtur, quod Epictetum Phrygiae infimo ordine natum flatus illos, Asiae vulgus peregrinantes, seorsum a Christiana doctrina percepisse suspicor eisque imbutum emigravisse in Graeciam, mox in Italiam et ibi vulgaria, quibus ardebat, studia stoica temperavisse doctrina. Etenim commune illud vulgi Asiani studium populari doctrinae cynicae sectae immixtum commercio, quod diversissimae imperii Romani partes inter se exercabant (si necesse est percontari, qua via flent auree populares), diversis de causis pariter Graecorum et Romanorum populos affect: Graeci moleste severum Romanorum imperium et etiam molestius contemptum ferebant, quare doctrinam, quae infirmorum tutelam adversus superbos dominatores suscipiebat, cupide amplectebantur; contra Romani bellicis laboribus fessi, rerum prospere gestarum delectatione usque ad satietatem repleti, nunc odium armorum profitentur et crescente in dies vesana luxuria III.) strenuam illam ac rigidam pristini moris indolem exuunt, mollibus nunc student rebus, Graeculi ad unum omnes facti. Disputare mihi cordi non est, fueritne umquam Stoicus Plutarchus; humanitatem eum profiteri naturali animi mollitia ac non minime populari aurea obviam euntem, firmiter contendeo. Non memini, an quis

I.) A. Vogel, De Vitarum Plutarchi lectione adulescentulis commendanda.

II.) De Epicteto „Christiano“ cf. H. Schenkelii praef. in editionem Dissertationum (Teubner 1894) p. XIV. adn. 1.

III.) Lucan. Phars. 1, 160—1. Namque ut opes mundo nimias fortuna subacto intulit et rebus mores cessere secundis...; 4, 817: opum metuenda facultas.

universum suavitatem animi denotat etiamque bestiis tribuitur mansuetis. Ut autem in unum locum omnia, quae ad aequi patientem, comem, cautumque I.) nostri depingendum animum attinent, congeram, utque nobis prudens, moderatum, ad disputationem in utramque partem pronum ingenium Plutarchi iam in iuvenili delitescens sophista evidens sit, proferam iam in medium locos, quos ex percensis erui libellis II.):

φιλανδρωπία F. A.¹ 423, 8. ² 426, 16. 448, 21. Es.¹ 109, 16. (*καὶ εὐγνωμοσύνη*. Demetr. c. 17).

φιλάνδρωπος F. R. 393, 21. 395, 10. F. A.¹ 417, 21. 423, 15. ² <sub>433,28
434,1</sub> 435, 5. 438, 11. Aqu. 4, 10. Soll. 27, 3. 77, 10. (Arist. c. 7. Cim. c. 1).

τὸ φιλάνδρωπον F. F.² 438, 16. Soll. 13, 16—17. 78, 17. (Galb. c. 1).

φιλανδρώπως Soll. 24, 18. Es.¹ 109, 19. (Arist. c. 23. Alc. c. 4).

φιλανδρώπευμα Soll. 40, 22.

ἀνδρωπικῶς Es.² 118, 22.

οὐκ ἀπάνδρωπον Soll. 47, 5.

ἀπάδεια πρὸς ἀνδρώπους καὶ ὡμότης. Es.² 113, 13—14.

φιλοίκτιρμος Soll. 13, 17.

φιλόστοργος Soll. 47, 26. 71, 25.

ἀσφάλεια Soll. 78, 24. cf. Dr. Joh. Schroeter, Plutarchs Stellung zur Skepsis, Leipz. 1911. p. 23.

ἀσφαλῶς F. R. 391, 1. 405, 3.

ἐλεήμων F. R. 393, 21.

ἐπιείκεια (Arist. c. 23. c. 25. Pericl. c. 39).

ἐπιεικής (Soll. c. 29. Public. c. 9. Ale. c. 14). *ἐπιεικῶς* (Ale. c. 4).

εὐγνώμων F. A.¹ 423, 23. (Lex. Papii: Thes. c. 1. Demetr. c. 5. Arat. c. 10. Anton. c. 79).

εὐγνωμοσύνη (Demetr. c. 17. Them. c. 7. Marc. c. 20).

humanitatem Plutarchi cum rhetorico operum eius colore coniungere conatus sit; propterea si tibi Plutarchi indoles recte perspicienda curae est, memoria teneas quaequo humanitatem fuisse temporum illorum aurae populari acceptam eamque ob causam, quotiens Plut. hominum diligendorum praecepta det, vexilarii ventus popularis officio eum perfungi*.

* Nunc legatur pars orationis inclusa binis asteriscis, quae operaे mendo ex adnotatione in textum translata est.

I.) Cf. de *εὐλαβείᾳ* Volkmann 2, 256 et 2 p. 11 de disp. in utrq. p.; Siefert, περὶ εὐθυμίας 4^o: „εὐδαιμονία, εὐδία, ησυχία, εὐσταθῆς διάθεσις usw. sind die ihm (i. e. Plut.) geläufigen Ausdrücke“.

II.) Uncis inclusa enotavi ipse ex Vitis.

εὐγνωμονέω (lex Papii: Num. c. 12. comp. Philop. c. Flam. c. 1).
 εὐδιάλλακτος F. R.¹ 423, 16—17. ² 435, 4.
 εὐλάβεια Es.² 116, 16.
 εύμενεια F. A.² 426, 15.
 εύσταθεια F. A.² 448, 22.
 ἡμερος (Cam. c. 11. c. 18) ἡμερωτέρως (Alex. c. 49) ἡμέρωσις ἀν-
 θρώπων (Num. c. 6).
 ἡπιως (Demetr. c. 39).
 ἡσυχία F. R. 395, 2. 397, 7. Soll. 42, 26.
 τὸ κοινωνικόν Soll. 60, 11. τὸ κοινωνικὸν καὶ τὸ φιλάλληλον Soll.
 59, 16.
 μαλακός (γνώμη Cam. c. 42).
 οἰκτείρω Brut. 84, 9.
 πρᾶος (Them. c. 3. Cim. c. 3 c. 14) τὸ πρᾶον (Galb. c. 1).
 πράως Es.¹ 109, 19. (Arist. c. 23. Demetr. c. 19).
 πραότης μετὰ κόσμου F. A.¹ 423, 4—5. καὶ τὸ ἄσαλον Soll. 70,
 11—12 (Cinc. c. 5. Peric. c. 39).
 ἐκπραῦνω F. A. 418, 10. καταπραῦνω (νείκη Num. c. 12).
 συγγνώμην ἔχω (Num. c. 22).
 συμπαθῆς Soll. 50, 27. μηδὲ ἀσυμπαθοῦς Soll. 56, 27.
 τιθασεύω (τὸ θυμοειδές Num. c. 8).
 ὑποκορίζομαι τὰς δυσχέρειας τῶν πραγμάτων (Soll. c. 15).
 χρηστός F. R. 395, 9.*
 φορός de vento: ferens. met. in univ. secundus. Soll. 53, 18. σχή-
 ματα νῦν μὲν ἐνστατικὰ νῦν δὲ φορὰ καθάπερ πνεύματα.
 ἐν χρῷ de tonsura: ad cutem usque. met. in proximo, quod lingua
 Britannica dicitur close shave. Soll. 31, 27: λίμνης ἡ Θα-
 λάττης ἐν χρῷ παραπετόμεναι. 47, 16: τοῦ σώματος
 ὑποδυνόμενος ἐν χρῷ... 79, 24: παρεῖχεν ἐν χρῷ ψανόμενος
 (Thes. c. 27; proprie dicitur Alc. 23: ἐν χρῷ κουριάν).
 Wittekind, Sermo Sophocleus, Diss. Busingae, 1895,
 p. 17. Figura probata Atticis.

Nonnullae acyrologiae in proverbiales paene abierunt figuræ
 dicendi; ipsa, quæ sunt ap. Plut., aut quæ esse mihi videntur, pro-
 ferenda sunt proverbia¹⁾:

1) Bernadaces 7. praef. p. XLIV —XLVI; Leutsch-Schneidewin,
 Paroemiographi graeci: Πλοντάρχου παροιμίαι αἵς Ἀλεξανδρεῖς ἔχρωντο. Cf. F. Schöll, Zu den sog. Proverbia Alexandrina des Ps.-Plut. 1882; O. Crusius,

- F. A.² 436, 5. Aristophanis laudat versum ex Equitibus, 1056., qui aut ex proverbio derivatus est, aut in proverbium abiit.
- 446, 8—9. ὕδραν τέμνων ἀεί τισι πολέμοις ἐπιβλαστάνονταν;¹⁾
- Aqu. 2, 19. ἐχθὲς φασὶ καὶ πρώην...
- Soll. 22, 17. μυρία δὲ εὐφυΐας παραδείγματα θηρίων διηγούμενος, ὡν ἄμαις καὶ σκάφαις ἡμῖν ἐκ τῶν βασιλικῶν ἀρύσσασθαι θεάτρων ἡ καλὴ Ῥώμη παρέσχηκε. Quamquam nullum mihi notum est exemplum, quo ἄμαις καὶ σκάφαις ἀρύεσθαι proverbii in modum semper eodem eorundem verborum ordine usurpetur, tamen non sola synonyma iungendi consuetudine Plutarchum hoc loco ea usum esse continuatione, persuasit mihi locus, Paroem. Gr. 1. 21, 83: ἄμαις ἀπήτουν, οἱ δὲ ἀπηροῦντο σκαφάς.
- 45, 6. τῶν δὲ χερσταίων ἔχίνων ἡ μὲν ὑπὲρ αὐτῶν ἄμυνα καὶ φυλακὴ παροιμίαν πεποίκη „πόλλ' οὖδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἐν μέγα“ (Leutsch 1 p. 147).
- 53, 10. φέρε κινήσαντες τὴν ἀφ' ιερᾶς βραχέα περὶ θειότητος αὐτῶν καὶ μαντικῆς εἴπωμεν²⁾.
- 54, 10. Ἀναγε τὰς ὁφρῦς, ὡ φίλε Φαιδίμε, καὶ διέγειρε σεαυτὸν...³⁾ pone supercilium, ut dixit institor ampullarum Ovidius; i. e. severum relaxa vultum et fac finem irae. Frons comparari videtur cum caelo, quod ut graves operiunt nubes, sed mox vento submotae serenum ostendunt: simili modo illa reductis superciliis et dispersis rugis se explicat et revocat suda ad pristinam hilaritatem.
- 57, 9. (5: λύκοις μὲν ὄνοι... sc. εὐάλωτοι) καὶ τὸ πρόβατον προσκαλεῖται τῷ ποδὶ τὸν λύκον. De ove ungula lupum ex silva adsciscente fabulae sunt populares apud multas

Ad Plutarchi de proverbiis Alexandrinorum libellum commentarius Pr. 1895; W. Christ-Schmid, II, 1, 300, adn. 4. 318, adn. 4. 391, adn. 5. 401. 2, 577, adn. 5. 700, 703.

¹⁾ Plat. Rpl. 426 E: ἀγνοοῦντες ὅτι τῷ ὄντι ὥσπερ ὕδραν τέμνουσιν.

²⁾ Eustath. p. 633 extr.: ὁδεν καὶ παροιμία κινεῖν τὸν ἀφ' ιερᾶς; laudat Sophronem, Alcaenum, Theocritum. Testis Sophron ex ore populi proverbium hoc emanavisse.

³⁾ ἐπαίρειν τὰς ὁφρῦς Eur. Dem. Phal. Luc.; ἀνατείνειν... Luc.; ἀνασπᾶν... Ar. Philo.; allevare supercilia Quintil.; Eur. Iph. A. 648. Μέθες νῦν ὁφρῦν, ὅμητος ἔκτεινον φίλον.

nationes; ex quibus ortum esse videtur proverbium de homine, qui ipse in se vocat periculum: ovis advocat pede lupum¹⁾.

Materiam metaphoris praebent:

Flumina:

F. R. 401, 26. ή δέ εὐροια τῶν πραγμάτων καὶ τὸ ρόδιον²⁾ τῆς εἰς τοσαύτην δύναμιν καὶ αὔξησιν ὄρμῆς.

385, 11. πρών γε τὴν γῆν μέγεθος λαβοῦσαν ἐκ τῶν συνισταμένων καὶ φερομένων (cf. v. 9: κλύδωνα καὶ βρασμὸν εἶναι...).

15. οὕτω τῶν μεγίστων ἐν ἀνδρώποις δυνάμεων καὶ ἡγεμονῶν κατὰ τύχας ἐλαυνομένων καὶ συμφερομένων...

F. A.¹ 411, 18. τὸ δὲ Περσικὸν χρυσίον διὰ τῶν ἔκασταχοῦ δημαγωγῶν ρέον ἐκίνει τὴν Πελοπόννησον.

Soll. 11, 12. (10: τοὺς φιλοδήρους ἡμῖν νεανίσκους) πρὸς τοῦτο παντάπαιδι ρέεντας.

12, 8. τὸ πολὺ δεῦρο τρέψασα καθαρὰν παρέχει θέαν, ut flumen auctum abducitur in fossas.

Es.¹ 105, 3. καὶ λόγον ρήτορος ὥρῶν ἐν δύῃ τινὶ... πληθύοντα καὶ φερόμενον, imago petita ab flumine imbribus inflato,

13. ἃς κατιὼν ὁ λόγος συγκατήνεγκε τῇ ρύμῃ τῆς φορᾶς, pergit in imagine depingenda.

Venti:

F. R. 402, 1—2. ...ἡγεμονίαν (sc. imperium Rom.), θείᾳ δὲ πομπῇ καὶ πνεύματι Τύχης ἐπιταχυνομένην,...

Soll. 53, 18. ...καὶ σχήματα νῦν μὲν ἐνστατικά, νῦν δὲ φορὰ καθάπερ πνεύματα...

Navigatio:

F. R. 385, 10. κλύδωνα καὶ βρασμὸν εἶναι καὶ φέρον καὶ πλάνης καὶ ναυαγίων μεστὰ πάντα,

Soll. 32, 16. αὐτή τε μᾶλιστα πάντων ἡ τῆς μηχανῆς αὐτῆς (i. e. araneae)... κνβέρνησις.

¹⁾ Ap. Sam. Adalbergium, Księga przysłów polskich. Warsz. 1889—1894 p. 366, hoc inveni proverbium „ovis fascinata lupum sectatur in silvam“. Magni ad hoc momenti esse mihi videtur multitudo proverbiorum de ove et de lupo, quae ap. eundem Adalbergium reperiuntur.

²⁾ Eur. Andr. 1096: ρ. ἐν πόλει κακόν; Lue. Tox. 19: τῆς ὄρμῆς de fluctibus maris; Auct. de sublim. 32, 4: τῆς φορᾶς de oratione preferenda.

69, 8. ἔπεται γὰρ αὐτῷ τὸ κῆτος, ὥσπερ οἰακι ναῦς, παραγό-
μενον εὐπειθῶς.

75, 17. πλαττόμενον ὑπ' αὐτῆς, μᾶλλον δὲ ναυπηγούμενον,
nidum aleyonis.

81, 14—15. οὐκ οἶδ' ὅπως πρὸς τοῖς δελφῖσιν ἐλαδὸν πορρω-
τέρῳ τοῦ πιθανοῦ συνεξοκείλας εἰς τὸν Ὀδυσσέα
καὶ Κοίρανον,... quasi nna cum delphinis iter faciens.

Equus:

F. R. 404, 11. ...Φούριον Κάμαλλον, ὃν εὐτυχῶν μὲν καὶ ὑψαυχενῶν
ό δῆμος ἀπεσείσατο καὶ κατέβαλε,...

F. A.² 446, 6. ἐν ἀποστάσεσι μυριαις, ἀποτροπαῖς, σκιρτήσεσιν
ἔδνων,...

Soll. 32, 16. αὐτή τε μάλιστα πάντων ἡ τῆς μηχανῆς αὐτῆς ἡ νιο-
χεία καὶ κυβέρνησις.

67, 15. τὸν δὲ σπόγγον ἡ νιοχεῖ Δηριδίον οὐ καρκινῶδες ἀλλ'
ἀράχνη παραπλήσιον.

Cursus:

Soll. 22, 1. ...καὶ ἀκοῆς ἀκριβείᾳ ἀνδρώπους ἀπολέλοιπεν^{·1)}

Brut. 91, 19. ἐννάκις ἀπολείπεσθαι τῷ σωφρονεῖν ἡς βούλετ
κορώνης.

92, 16. τῷ γλαφυρῷ καὶ περιττῷ διάγειν ἀπολείπεται.

96, 22. πολὺ τῷ σωφρονεῖν ἀπολειπόμενοι τῶν Δηριων.

Exercitationes corporis:

F. R. 397, 33. σωμασκήσας τὴν δύναμιν ἀξιόμαχον καταστήσαι
τοῖς ὕστερον ἀντιτατομένοις.

408, 11. μυρίοις ἐγγεγυμνασμένων πολέμοις.

F. A.² 446, 13—14. τίς γὰρ ἂν... ἐπισφαλεῖς οὗτω καὶ πολυπόνους
καὶ τλήμονας ἐξεμόχθησεν ἄδλους, de rebus ge-
stis Alexandri.

Brut. 83, 11. τί γὰρ δεῖ πολλάκις ζυγομαχεῖν ἡμᾶς περὶ τῶν
αὐτῶν;

Es.² 115, 20. προμελετῆσαν²⁾ ἐν ἐκείνοις τὸ φονικὸν ἐπὶ βοῦν
ἐργάτην ἥλθεν...

Piscatoria:

Es.² 111, 10. καὶ τὸ ἄγκιστρον ἐκβάλλειν τῆς σαρκοφαγιας

¹⁾ Praeterea sec. Ind. Wytt.: I. 663 b. II. 54^c, 58^a; cf. Quintil. Inst. X, 5:
procul a se reliquit.

²⁾ Ar. Thesm. 1178: ἡ παῖς ἔμελλε προμελετᾶν, ὡς τοξότα. | ὁρχησο-
μένη γὰρ ἔρχεται ὡς ἄνδρας τινάς.

ώς ἐμπεπλεγμένον τῇ φιληδονίᾳ καὶ διαπεπαρμένον οὐ
ράδιόν ἔστιν.

Venatio:

Soll. 40, 18. (16: ὁ δέ κύων) οὗτοῦ ἑαυτοῦ ποιούμενος ἄγραν καὶ
δήραμα τὸν ἱερόσυλον.

Musice¹⁾ et cantus:

Es.¹ 110, 8. οὐ χεῖρον δ' ἵσως καὶ προανακρούσασθαι²⁾ καὶ
προαναφωνῆσαι³⁾ τὰ τοῦ Ἐμπεδοκλέους. Fortasse
in eo ipso odeo declamavit, in quo alia quoque audie-
bantur ἀκροάματα.

Scena:

F. A.¹ 423, 12. καὶ μία μέν, ὡς ἔοικεν, ἀρετὴ πρωταγωνιστεῖ
πράξεως ἑκάστης.

² 436, 2—3. ἀγωνιστὴ γάρ ἡ γέμονίας ὑποκριτὴν ἐπει-
ήγαγε (sc. ἡ Τύχη), μᾶλλον δ' ὡς ἐπὶ σκηνῆς τὸ διάδημα
κωφὸν διεξῆλθε τῆς οἰκουμένης.

449, 25. ἀλλ' ὄνομα τοῦτο καὶ λόγος ἔχων δόξαν ἄλλως δι-
έξειστι τοῦ βίου.

Odyssaea; omnino fabulae de deis et heroibus:

F. A.² 446, 8—9. ὕδραν τέμνων ἀεί πολέμοις ἐπιβλαστά-
νονσαν;

Soll. 54, 5. εἰς τὸν ἄδεον, καὶ τιτανικὸν ἀπέρριπται τόπον i. e.
locum subterraneum et deis invisum.

76, 21. ὑμνουμένης τῆς πελαγίου σειρῆνος i. e. cum maris
lenocinia laudibus efferuntur; usus est metonymia⁴⁾.
Ernesti. Lex. rhet. s. v. σειρήν.

¹⁾ Soll. 76, 20: ἰλεως δ' ὁ θεὸς εἴη καὶ πρός τι μονσικὸν ὅντα καὶ νη-
σιώτην dicit de se Phaedimus, particeps dialogi.

²⁾ Dion. H. rhet. 2, 7. Philostr. jun. im. p. 861. Plut. al.

³⁾ Dion. H. rhet. 2, 6. Philostr. p. 4, 192. Plut. al.

⁴⁾ An ieuna excerpta ex manualibus piscatoriis digna sint carminis in
honorem Sirenis marinae appellatione, vehementer dubito; πελάγιον dixit σειρῆνα
noster — pinnoteram et cons. Ut Plutarcheis utar verbis, ὠδῖνα ἀποτίθημι, immo
vero frustra parturio, dum excogitare non possum, quanam mente haec scrip-
serit Hartmanus p. 676: „Iuvenis Plut. ea scripsit, quae nobis interdum
Lucianum in mentem revocent: nonne enim satyriola Luciani ille de Sollertia
animalium videtur libellus? Neque postea plane illud scribendi genus omisit“.
Iniuriam facit Hartm. Luciano, nam nunquam ille quidem tanto opere desi-
puisset, ut istaec committeret; Plutarchum vero ludificatur, cum in melius accipit

Brut. 82, 20. Ἐτερον αὖ τινα τοῦτον, ὁ Κίρκη, κυκεῶνα λόγων ταράττεις καὶ ὑποφαρμάττεις.

Es.² 111, 7. καὶ πέποται ὁ τῆς συνηθείας κυκεών, ὥσπερ ὁ τῆς Κίρκης. Sane non videbatur modico nostro bene factum esse, quod esset semel bene factum; quod cadit etiam in complura alia.

Forum:

F. R. 390, 20. ὡς αὐτὸς ἐμαρτύρησε. cf. v. 23: εἰ μὴ τοῦτ' αὐτὸς ἐμαρτύρησεν.

398, 16. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εὐτυχίας τῆς Νομᾶ προσιστόρηται μαρτύρια.

F. A.² 426, 5. μάρτυρα λαβεῖν καὶ δεατὴν... cf. 439, 4: διὰ δεῶν μαρτύρων.

Soll. 20, 18. καὶ μαρτυρεῖ τὸ νυνὶ πεποιηκὸς ἐν τοῖς νεανίσκοις τὴν ἄμιλλαν.

28, 2. παραβαλοῦ τὸ θυρίον τῆς κατηγορίας· i.e. os op-prime et desine accusare.

48, 23. μαρτυρεῖ δ' αὐτῷ τὸ φαυλότερον ἄδειν...

Brut. 94, 10. (5: ή δ' ὅσφρησις ἡμῶν...) διαβάλλει καὶ κατηγορεῖ τὴν φαυλότητα πρὸν ἡ βλαβῆναι.

54, 4. τῷ προδικοῦντι τῶν ἐνύδρων,...

Es.¹ 106, 22. (19: ἀλλ' αὐτόθεν ή φύσις) ἐξόμνυται¹⁾ τὴν σαρκοφαγίαν.

Tabulam metaphorarum propositurus praemonere lectorem debo non totam prorsus exanclatam a me esse et hic et ceteris in enumerandis copiam; neque enim hunc finem mihi constitutum fuisse, ut exactissimum indicem rhetoricae in Plutarchi scriptis iuvenilibus materiae praeberem, quamvis rimabundus Plutarcho excerptendo studium navarem, verumenimvero, ut exempla carptim delibata quasi scintillulas quasdam ad imaginem iuvenilis sermonis Plutarchi illuminandam excuterem. Hoc modo et reliqua pertexendi usque ad extrema facultas dabitur. Itaque haud necesse esse puto huiusmodi

et consulto factum esse putat, quod noster profecto bona fide et, ut vires ingenii tulerunt, pessime peccaverit. — Σειρήν significatione: lenocinia reperitur ap. Dion. H. v. dic. Dem. c. 35. Christod. ephr. 305. 350. Aristaenet. 1, 1. Alciph. 1, 38 (lex. Passowii s. v.).

¹⁾ Vocabulum adscitum ex iudiciorum formulis, nam et qui triremis praefecturam iureiurando detrectabat, in foro id praesente litigatore faciebat.

trita vocabula ut ἀτρέμα, κομιδῆ, σφόδρα, σχεδόν, τάχα sim., quae in omnibus scriptoribus passim inveniantur, hic (ut in acyrologii) excuti; quae autem digna videbantur, quae referrentur, haec fere sunt¹⁾:

- ἀγέλη· grex propriæ boum; met. in univ. grex, turba, vis, caterva, globus. F. A.¹ 415, 17. ὥσπερ ἀγέλης συννόμου νόμῳ κοινῷ συντρεφομένης; propr. ² 437, 23: ὥσπερ ἵππων ἐν ἀγέλαις γνωκῶν. Soll. 66, 15: πάνυ χαίρουσι τῷ συντρέφεσθαι καὶ συναγελάζεσθαι μετ' ἀλλήλων, ... thunni. Soll. 66, 24—25: Ἀμίας δὲ καὶ τοῦνομα παρέσχηκεν ὁ συναγελασμός, ...
- ἀέναος· semper fluens; met. perennis, perpetuus. F. A.² 431, 5. τῇ δὲ δεξιᾷ ποταμὸν ἀέναον ἐκ φιάλης σπένδοντος cf. Cröner-Passow s. v. p. 117. v. 73 sqq.
- αἴδηνγμα· fomes; met. indicium, vestigium. Soll. 31, 2. σκοπῶμεν τὰ ἔναλα, εἰ τούτων (i. e. λόγου) μὲν οὐδὲν ἢ πού τι παντελῶς ἀμαρρὸν αἴδηνγμα... ἐνιδεῖν... διώσιν. al. ²).
- αἴρω· tollo; met. augeo. Gl. Ath. 457, 13. Ἐπαμεινῶνδας... ἀπὸ τῆς ἐν Λεύκτροις μάχης ἀρδεῖς μέγας, ...
- ἀκαρῆς· propr. de capillis brevioribus, quam qui tonderi possint³⁾; met. brevis, exiguis. Soll. 15, 20: οὐδὲ ἀκαρὲς ἦν περιεῖναι μὴ μαδόντι τὰ μὲν φυλάττεσθαι τοῖς δὲ συμφέρεσθαι. al.
- ἀλοάω· trituro; met. caedo. F. A.¹ 410, 14. ὑπέρω δὲ τὸν τράχηλον ἥλον θην.
- ἀμαρρώω· obsecro, obltero. F. R. 400, 10. ἡς οὐδὲ τὴν ὄψιν οὐδὲ τὸν τρόπον ἡμαύρωσεν ἢ Τύχη, ... ² 444, 16: ἐξ οὐ καὶ τὰς ὄψεις ἀμαυρωθείσ... al. ion. (Hdt. Xen.) trag. Pol.

²⁾ In numero enarrandorum erunt etiam vocabula, in quibus iam antiquitus inhaereat translatio, sed praecipue ea, quae vel apud ipsum Plutarchum etiam proprie adhibeantur, tum etiam, quae insolentiorem exhibeant metaphoram.

³⁾ In Plutarchi usu dicendi investigando usus sum plerumque ope indicis Wyttenebachii; cui tamen haud tanta fides habenda est, ut quae ibi semel i. e. unico loco enotata sunt, pro ἀπαξ λεγομένοις ap. Plut. habeantur; qua propter raro appellationem istam usurpabo, quamvis non pauca sane sint verba, quae in juvenilibus occurrant libellis, postea tamen, maturiore iam aetate ac mente auctoris repudiatae sint.

⁴⁾ Interpretamenta latina trado maxima ex parte sec. Hederici-Passovii manuale, non renuntiata tamen libertate exercendi proprii arbitrii, ubi se dederit occasio.

ἀνήλιος· sine sole. F. A.¹ 419, 4. *νῦν δὲ τῆς γῆς ἀνήλιον μέρος* ἐμεινεν, ὅσον Ἀλέξανδρον οὐκ εἶδεν¹⁾ cf. Es.¹ 105, 20: *ἀφαιρούμενα ψυχῆς ἥλιον*²⁾, φῶς, τὸν τοῦ βίου χρόνον. Artem. Galen. Helios³⁾ illa aetate maxime ap. Orientales (*"H. Miθρας"* et Alexandrinos (*"H. Σάραπις"*) colebatur; qui cultus et in scriptores alexandrinos et byzantinos magnam vim exercuit frequensque est in nominibus propriis eum stirpe Ἡλιο- conglutinandis: Ἡλιογάβηλος, Ἡλιόδοτος, Ἡλιοδώρα, Ἡλιοκράτης, quae temporibus epigonorum⁴⁾ et caesarum⁵⁾ praevaluerunt.

ἀνθηρός· floridus; met. iucundus. F. A.² 430, 15. *οὐδὲν ἀνθηρὸν* οὐδὲ ήδū καὶ πιθανὸν τῇ ὄψει διάκων, ... Es.¹ 105, 16: *οὐ χρόας ἀνθηρὸν εἶδος...*

ἀντίζυγος· ex adverso iugo (i. e. pari) respondens; met. oppositus. Soll. 15, 5. *τὰς ἀ-οντας ταίτας καὶ ἀντιθέτους ἔξεις...* (ind. Wytt.: II. 723^c).

ἀντίρροπος· in contrariam partem vergens; met. aequipollenſ. F. R. 390, 8. *καὶ τὴν Ρώμην ἀντίρροπον χρυσῷ κεκλιμένην* ἀπὸ τοῦ ζυγοῦ καὶ τῆς πλάστιγγος καθεῖλεν (i. W. 744^a). *ἀποσβέννυμι*· extinguo; met. in univ. cessare facio. F. A.¹ 415, 5. *ἀπεσβέσθη τὸ ἄγριον...*

ἀποσκηνώ· seorsum tabernaculum habeo; met. alienus sum. F. A.² 427, 27. *οὕτω μακρὰν ἀπεσκηνώκει τὰ ὁτα τῶν Μουσῶν* al. cf. Brut. 92, 15: *τοῖς βίοις πόρῳ τῆς κενῆς δόξης,* ὡς περ Ἱαλάσσης ἀπωκισμένα...^{6a)}^{b)} Es.² 116, 6: *ἀλλάσσει δὲ η φύσις ἀπαντα καὶ μετοικίζει...*

¹⁾ cf. Sinko p. 22^a. W. Christ-Schmid, G. d. gr. L. II, 1, 271. II, 2, 652, 653, 761.

²⁾ „Sol animae meae“ alloquitur Magnus Vizirus Sultanam coniugem (Byzantinorum ritibus aulicis receptis a Turcomanis). Cf. Frances Elliot, Diary of an idle woman in Constantinople, p. 246.

³⁾ Pape-Benseler, Wörterb. d. gr. Eigennam. s. v.; Pauly-Wissowa 15, 70—71.

⁴⁾ Demetrius.

⁵⁾ Julianus.

^{6a)} Ἀπωκισμένοι τῆς Ἱαλάσσης ap. Iosephum. Cf. Steph. Thes. L. Gr. 1. 1449 C, sub fin.

^{6b)} Henr. Kuehlbrandt, Quomodo Sophocles res inanimas vita humana induerit, diss. Lips. 1880, p. 18: „Utroque igitur loco (Trach. v. 953. Oed. C. v. 1389) voce ἀποκίζειν conformatio quaedam effecta est“. Cf. infra.

ἀρειμάνιος· marte furens; met. bellicosus. F. R. 397, 10. ἡ τις ἐκ Μαρσῶν ἀποστὰς ἀρειμάνιος¹⁾ δυναστής.

ἀρμοστής· gubernator Spartanus; met. in univ. moderator. F. A.¹ 416, 2. ἀλλὰ κοινὸς ἦκειν Θεόθεν ἀρμοστὴς καὶ διαλλακτῆς τῶν ὄλων νομίζων, ... 417, 5: πασῶν δὲ νυμφαγωγὸς ἄμα καὶ πατήρ καὶ ἀρμοστὴς κατὰ ζυγὰ συνηπτεν. al.

ἀρύω· haurio. Soll. 22, 18. ...παραδείγματα... ὧν... ἐκ τῶν βασιλικῶν ἀρύσσασθαι θεάτρων...

βακχεύω· Bacchanalia celebro; met. commissor. F. A.² 436, 16. ἐν τοῖς πράγμασι νήφων καὶ μὴ μεθυσθείς οὐδὲ βακχεύεις ὑπ' ἔξουσίας καὶ δυνάμεως,... cf. ¹ 422, 17: ...καὶ τοὺς ὑπὲρ Καύκασον ὄρείους καὶ ἄγρίους τῶν βακχικῶν ἀναμνήσαι κώμων; 423, 20: τίς δὲ πολιορκίαις καὶ παρατάξει βακχείας καὶ γάμους καὶ ύμεναιούς (sc. ἔμενεν); Alexandri bacchica per Indiam profectio fuit locus communis in scholis rhetorum²⁾. Omnibus locis ap. auctores antiquos, qui Alexandri comissionem describunt, comparatis facile cognoscitur ex uno fonte hausisse omnes — nisi qui se invicem exscriberent — videlicet ex aliqua eiusdem ex inferioribus scriptoribus historiae Alexandri ephrasi pompa Indicae³⁾. Itaque:

Plut. ⁴⁾ F. A.¹ 422, 17. βακχικῶν... κώμων.

423, 20. βακχείας.

² 436, 16. μεθυσθείσ... βακχευθείσ.

¹⁾ 758 F. Cf. Curt. Hubert, De Plutarchi Amatorio, p. 38; W. Schmid, Der Atticismus 1, p. 44, adn. 8. laudat Senecae Controversiarum 1, 8, 13: „a parte filii colorem induxerunt quidam, ut illum cupidum gloriae et bellicosus ficerent. Nicetes quidem hoc usus est verbo: παραστήσομεν αὐτὸν τοῖς δικασταῖς ἀρειμάνιον et sic egit, ut quereretur, quod cessarent manus sua, quod inermes essent“. — Sane excusabilis Nicetes, περίτριψα quoddam ἀγορᾶς, non item „mentium medicus“.

²⁾ Vogel-Weinhold, Q. Curti Rufi Hist., Teubner, 1906, 2, p. 206, adn. 25.

³⁾ Rethorum scholam sapiunt non solum vocabula poëtica, mox enumeranda, sed etiam ipsa mendacia cf. Arr. An. 6, 28: ...οὐ πιστὰ ἐμοὶ λέγοντες, ... ταῦτα δὲ οὐτε Πτολεμαῖος ὁ Λάγου οὔτε Ἀριστόβουλος ὁ Ἀριστοβούλου ἀνέγραψαν οὐδέ τις ἄλλος ὅντινα ἵκανὸν ἀν τις ποιήσατο τεκμηριώσαι ὑπὲρ τῶν τοιῶνδε.

⁴⁾ August Rüegg, Das Verhältnis Plutarchs u. Arrians zur ungünstigen Auffassung Alexanders des Grossen in der Geschichtschreibung des Altertums, in Juvenes dum sumus, 49. Versamml. deutsch. Philol., Basel. 1907, p. 5, adn. 35.

v. Al. c. 67. κώμῳ χρώμενος... εὐωχούμενον... ἐστεφανω-
μένους καὶ πίνοντας... αὐλῶν... φόδης... βακχει-
ας... παιδιὰ βακχικῆς ὕβρεως... κῶμον... πανη-
γυρίζων... μεδύοντα.

Diodor.¹⁾ XVII, 106. πανηγυρικῶς... Διονύσῳ κῶμον ἥγαγεν
ἐορτάζων καὶ μέδῃ καὶ πότοις χρώμενος.

Arr.²⁾ An. 6, 28. ...κατανλούμενος... ἐστεφανωμένη... παί-
ζουσα... τρυφὴν³⁾ πρὸς μίμησιν τῆς Διονύσου
Βακχείας.

Liv. IX, 17. extr. Indiae, per quam temulento agmine comis-
sabundus incessit.

Curt. Ruf. IX, 10, 24. ...aemulatus Patris Liberi.... triumphus
(Arr. Θρίαμβον... θριάμβους)... bacchantium lus-
sus... imitari... coronis... creterras vino repletas
(Plut. v. Al. ...κρατήρων...) ...vehicula... constrata
(Plut. v. Al. ἄμαξαι, αἱ μὲν ἀλουργοῖς καὶ ποικίλοις
περιβολαίοις...) ornari (Diodor. κεκοσμημένη)...
redimita floribus coronisque... tibicinum cantus...
adornatis... comissabundus... convivasque... cre-
terris... poculis (Plut. v. Al. φιάλαις καὶ ρυτοῖς
καὶ θηρικλείοις)... bacchabundum agmen in-
cessit... comissantes... crapula graves... trium-
pho... incessisse temulentos... luxuria... lux-
uria...

βαπτίζω· mergeo; met. pass. vino mergi. Soll. 54, 17. κραυπαλῶσι...
καὶ βεβαπτισμένοις νήφων... ἐπιτέθειται... (i. W.: ebrietate, II. 656 D) Plat. Luc.

βρασμός· ebullitio, aestus. F. R. 385, 9. κλύδωνα καὶ βρασμόν⁴⁾
εἶναι, de ortu mundi.

¹⁾ Pauly-Wissowa, 1. p. 1432, 39.

²⁾ Rüegg, p. 13²⁸.

³⁾ Cf. idem significantia vocabula ὕβρις — τρυφή — luxuria — probrum;
namque Alexandri comissatio explicabatur in scholis ut locus in regiam arro-
gantiam et luxuriam (εἰς ὕβριν) cf. Vogel-Weinhold I. I.

⁴⁾ Substantiva in -σμός eheuentia ionica sunt origine; cf. ἀφηνιασμός F. A.¹
446, 7. γαργαλισμός Es.² 113, 5. διαμελισμός Es.¹ 110, 14. ἐθισμός Es.¹ 109,
16—17. ἰασμός Soll. 46, 21. πλεονασμός Aqu. 8, 23. (Qu. conv. 650 E). σπα-
ραγμός F. A.² 453, 25. Soll. 52, 8; στοχασμός Soll. 70, 3; συναγελασμός Soll.
66, 24—25; ὑπομνηματισμός F. R. 407, 19. F. A.¹ 412, 23; missum facio voc.
δεσμός.

βύθιος: profundus; met. obscurus. Es.¹ 109, 9. ηλιον... βύθιον καὶ ἀχλυώδη... al. cf. Soll. 69, 10: ἀν παραλάβῃ τῷ χάσματι ζῷον... εὐδὺς διέφερται... ἐμβεβυθισμένον. ἄπ. λεγ. a. Plut. (praeterea in Et. M. et Eusth. Opusc.).

γεφυρόω: ponte iungo. F. A.² 443, 13. ποταμοὺς... νεκροῖς γεγεφυρωμένους διέβη...

γηγενής: terrigena; propr. de gigantibus, met. in oppos. ad τὰ ἔννοδα. Soll. 31, 3—4. ἐν δὲ τοῖς πεζοῖς καὶ γηγενέσι... al.; de rebus Ar. (tragici cothurni imitans fastum per parodiam), prosa recentior.

γλαφυρός: politus propr. et translat. lepidus¹). Soll. 45, 11. γλαφυρωτέρα δ' ἔστιν ἡ περὶ τῶν σκυμνίων πρόνοια... Es.² 113, 7: μηδὲ χειρονομίαις μηδὲ ὄρχήμασι γλαφυροῖς cf. Gl. Ath. 457, 5: τῷ γὰρ ὅντι γλαφυρῷς ὁ Παρρασίου γέγραπται... καὶ τι προσέουκε... Bruta 92, 15: τῷ γλαφυρῷς καὶ περιττῷ διάγειν...

δεσμός: vinculum propr. et met. v. s. v. ἥλος.

δευσοποιός: qui indelebili inficit pigmento; qui evanescere non potest; met. indelebilis. Brut. 94, 14. μετὰ δευῆς τινος καὶ δευσοποιοῦ φαρμακίδος²) τέχνης, ἢ μυρεψικῆς ὄνομα.

¹⁾ Qua translatione maxime rhetores delectabantur cf. Ernesti p. 61. s. v.: auct. de sublim. Philostr. v. s. Dion H. in scr. rhet. Demetr. Himer. Eustath.

²⁾ Hartman, p. 579: „nescio an φαρμακίδος sit annotatio ad δευσοποιοῦ, vocem insolitam ...estque I.) hie parum apte positam: de coloribus enim recte adhibetur estque oppositum τῷ ἔξιτηλον“. Credo Hartmanni recte de coloribus pon: quid autem hoc ad nostrum? Itane parcit consuetudini? Ego quidem et pedibus, quod aiunt, in eam vaderem sententiam vocabulum δευσοποιός de coloribus recte adhibitum etiam de alia re a Plutarcho libere dictum esse. Non autem facile crediderim φαρμακίδος II.) glossema ad δευσοποιοῦ esse „vocem insolitam“, III.) sed e contrario, ut certa epitheta cum certis substantivis firmiter coniuncta occurrere apud Plut. iam ostendimus et insuper ostendemus, ita et δευσοποιός, quod adiectivum accedit fere ad subst. φάρμακον IV.) firmo vinculo cum suo cohaerere nomine, a quo si quis id separare proponit, dictionem fortasse (quod quidem ad claritatem et simplicitatem pertinet) emendat, Plutarchum corrumptit obliteratque.

I.) atque? II.) Quisquis ille fuisset, quem annotavisse φαρμακίδος divinat Hartm., nunquam talem adiectivi formam, quae personis solum apponitur, adscripsisset. Verum genuini stili Plutarchei prodit notam istud vocabulum, de quo infra.

III.) W. Schmid, III, p. 163: „δευσοποιός... ein ὄνομα περισπονᾶστον für die Atticisten“.

διάδημα: proprie insigne regum Orientis, ap. Plut. semper de corona regis Alexandri, in. univ. ap. recentiores corona; met. regnum, regia potestas, regia dignitas¹⁾. F. A.¹ 410, 3: *φ τὸ διάδημα τῆς βασιλείας πορφύραν ἔσαινοντι περιέθηκας.* F. A.¹ 419, 23: *τῶν δὲ Ἀλεξάνδρου φωνῶν ἀν ἀφέλης τὸ διάδημα,...* i. e. regem auctorem; quasi dicta Alexandri — grex esset coronis redimitus et in regno verborum regia praestantia praecederet omne genus vulgare verborum. F. A.¹ 422, 3—4: *οὐ γὰρ προέκρινε τὴν τύχην τῆς σοφίας οὐδὲ τὴν πορφύραν καὶ τὸ διάδημα τῆς πήρας καὶ τοῦ τρίβωνος.* F. A.² 433, 18: *ῶν ὁ μὲν τὸ διάδημα τοῖς Πομπηίον ποσὶν ὑπορρίψας αἰσχρώς...* F. A.² 436, 3: *...μᾶλλον δὲ ώς ἐπὶ σκηνῆς τὸ διάδημα κωφὸν διεξῆλθε τῆς οἰκουμένης.* F. A.² 442, 11: *ἐπὶ θύρας αὐτῷ τὸ διάδημα τῆς βασιλείας ἥλθεν...*; quibus omnibus locis vocabulum διάδημα translate usurpatum est, estque ubi etiam metonymiam et imaginem efficiat, quae utraque orationis figura suo exponetur loco.

διαδηρίσμα: prorsus effror (ferus met. = ferox). F. A.¹ 418, 7: *ἔρεθίζεται γὰρ ὑπὸ τῶν χρωμάτων τὰ ζῷα τούτων καὶ διαδηριοῦται. ἄπ. λεγ. ομνίνο?*

διαρριπίζω: ventilando ignem excito; transl. de affectibus. Soll. 55, 19—20. *τὸ δὲ δυξέννετον ἄπαν καὶ νῳδρὸν... διαρριπίζόμενον* legit Wyttenb., ubi Duebnerus et Bernadaces habent ἀναρριπιζόμενον; servavi lectionem Wytt., ne discreparet tabula ab indice eius.

διάτορος: perforans; met. de voce: penetrans, clara, acuta. F. R. 406, 5. *κλαγγῆς διατόρου* (i. W. II. 303 e).

δορίκτητος: hasta i. e. bello captus. F. A.¹ 418, 20. *ὅτι τὴν πάτριον*

IV.) Luc. Imagg. 16. *οὐδὲ ἄχρι τοῦ ἐπικεχρῶσθαι μόνον, ἀλλ' ἐς βάθος δενσοποιοῖς τιστ φαρμάκοις ἐς κόρον καταβαφεῖσα.*

Bis accus. 8. *όποσοι μὲν οὖν ἐς κόρον ἐπιον τῆς βαφῆς... ἀμιγεῖς ἐτέρων χρωμάτων... ὅσοι δὲ... μὴ ἐς βάθος παρεδέξαντο ὄπόσον δενσοποιοῖς τοῦ φαρμάκου,...*

Anth. Pal. 15, 25. *...δενσοποιοῖς φαρμάκοις...*

Eusthat. Opusc. p. 326, 80. *δενσοποιὰ χρώματα („φάρμακα ἀντὶ χρωμάτων dixisse traduntur Graeci“.* Thes. Steph. VIII. p. 653).

¹⁾ Thes. Linguae lat. 5, 946, 41—69.

ἐσθῆτα κοσμῶν οὐδὲ τὴν δορίκτητον ὑπερεῖδε,... (232A γῆν). Eur. Apoll. Rhod. Arr.

δορυφορέω* propr. de satellitibus tyrannorum: cum hasta comitor; met. tueor. F. A.² 451, 14. ὁ δὲ εὐτυχῆς βασιλεὺς καὶ ὑπὸ τῆς Τύχης φυλαττόμενος ἀεὶ καὶ δορυφορούμενος.

δουλεύω servio, propr. et transl. Brut. 89, 14. κατὰ νόμων ἀνάγκην οὐχ ἔκουσιον οὐδὲ βουλομένην, ἀλλὰ δονλεύονταν ἔθεσι καὶ ψόγοις...

ἔγχορεύω choros duco in... i. e. triumphum saltatione celebrare in... F. A.¹ 422, 15. βούλομαι πάλιν ἐν Ἰνδίᾳ νικῶντας Ἐλληνας ἐγχορεῦσαι...; frequens ap. rhet. recentiores.

ἔκεχειρία indutiae; in univ. vacatio. Soll. 54, 24. διὰ τὸν λόγον ἐκεχειρίας κοινῇ πᾶσι τοῖς ζώοις... δεδομένης. Luc. Philo.

ἔκμαγεῖον simulacrum rei expressum, materia susceptrix et genetrix formarum, propr. et trop. F. A.² 431, 8. χρυσὸν δὲ καὶ χαλκὸν... ἐκμάγεια μικρὰ. Plato, Philo.

ἔκχέω effundo; met. pass. absumor, pereo. Gl. Ath. 465, 7. ἐπίσπεισμα τῶν ἐκκεχυμένων βίων καὶ τῶν ἐκλεοπότων κενοτάφιον οἰκων nominatur tripus choragi victoris! Simulat sophista indignationem. Neque tamen dixerim praeposterum esse illud κενοτάφιον, quamvis longe arcessitum.

ἔναθλέω exerceo me (propr. et trop.) in aliqua re.¹⁾ Luc. Iambl. Anth.

* **ἔνασπάζομαι** amplector (propr. et met.) aliquid in aliqua re. Brut. 87, 25. τὴν τῆς δειλίας ἐπώνυμον εὔκόλως ἐνασπάζομενος²⁾; ἄπ. λεγ. omnino.

ἐνασχημονέω (propr. figura careo) met. turpiter in aliqua re me gero. F. A.² 432, 12. ἀρχάς, αἷς ἐνασχημονοῦσι... (i. W.: I. 582 c). Luc.

ἔξοικοδομέω inceptum aedificium perficio, propr. et transl. F. R. 393, 5. τὴν οὖν Τύχην ὑποβολὰς κατατεθεῖσθαι τὴν δὲ Ἀρετὴν ἐξωκοδομηκέναι;

ἐπαιωρέομαι impendeo; met. immineo. F. A.¹ 411, 16. καὶ τὰ Σκυθῶν ἐπιωρεῖτο τοῖς προσοίκοις νεωτερίζουσι. al.

* v. conjectanea.

¹⁾ Loci numerus excidit mihi ex animo.

²⁾ Hoc solum ap. Steph.

- ἐπανθέω* effloresco; met. de rubore. F. R. 386, 5. *ἐπανθεῖ* δέ τι καὶ τῷ προσώπῳ πρὸς τὴν ἄμιλλαν ἐρύθημα τῆς φιλοτυμίας. voc. ion. (Hdt. Hippocr. Xen.) poet. (Ar. Theoer.) rhet. (Plat. Luc. Dion. H. Philostr.).
- ἐπειςάκτος* advecticius; met. peregrinus. Brut. 92, 13. τὰ θηρία... ἀνεπιμύκτους ἔχοντα τοῖς ἐπειςάκτοις πάδεσι τὰς ψυχὰς... Brut. 98, 5: τὰς δ' ἀναγκαίας (sc. τέχνας) οὐκ ἐπειςάκτους παρ' ἐτέρων (opp. 8: ὁ θαγενεῖς καὶ συμφύτους)... (i. W.: II. 38 c).
- ἐπεμβαίνω* ingredior; met. insulto. Gl. Ath. 457, 14. *ἐπεμβῆναι* τῇ Σπάρτῃ πεσούσῃ καὶ πατῆσαι τὸ φρόνημα...
- ἐπηλυς* advena; met. extraneus. Brut. 89, 14. δόξαις ἐπήλυσι...
- ἐπιβριθω* ingravesco; met. irruo. F. R. 397, 8. εἰ δὲ τότε Πορσίνας τις ἐπέβρισε Τυρρηνικὸν χάρακα... παραστήσας... ἄπ. λεγ. in Plut.?
- ἐπιγράφω* inscribo; met. se inser. = sibi tribuere. F. A.¹ 409, 15. πρὸς τὴν Τύχην τοῖς κατορθώμασιν αὐτὴν ἐπιγράφουσαν, metaphora sumpta de more inscribendi nomina eorum, qui aedificationem curaverant, in monumentis publicis. Cf. F. A.² 439, 5: πρόσγραψον, εἰ βούλει, τῇ Τύχῃ τὰ Ἀρβηλα...
- ἐπισπαίρω* palpito aliqua re facta, coram aliqua re. F. A.¹ 411, 11. ἔτι τοῖς Φιλιππικοῖς πολέμοις ἐπέσπαιρεν ἡ Ἐλλάς (non legitur omnino in i. W., qui Valckenaerii conjecturam ἔτ' ἔσπ. accepisse videtur) ἄπ. λεγ. omnino.
- ἐπίσπεισμα* libamen v. s. v. ἐκχέω.
- ἐπιφλέγω* inflammo. F. R. 403, 18. τοῦ Μαρσικοῦ πολέμου τὴν Ρώμην ἐπιφλέγοντος. al.
- ἐργάζομαι* labore, propr. in agro ("Ἐργα καὶ Ἡμέραι fasti in usum agricolarum; ἐργα Hom. Hdt. = agri); transl. in mari = piscatoriam exercere, navigare quaestus causa. Soll. 55, 4. ἀ δὲ πανταχοῦ μάρτυρας ἔχει τοὺς ἐργαζομένους τὴν θάλατταν Hes. Th. 440: καὶ τοῖς οἱ γλαυκὴν δυνπέμφελον ἐργάζονται. Dion. H. ant. Diod. exc. Scr. aet. poster.
- ἐρείδω* trudo; verbum ἐρ. duro sonitu, nescio quid robusti atque atrocis vi etiam vocabuli in se condente — profecto non est ex eorum numero noster Boeotius habendus, qui sibi „rien que la nuance“ velint — valde adamatum erat Plutarchos: F. R. 405, 16. ὀλκούς τε σώματος πλαγίους καὶ

ἀπερείσεις, propr. F. A.² 446, 3—4: τὸ Ἀλεξανδροῦ φρόνημα... ἀπ' ἀρετῆς ὄρμῷμενον μεγάλης ἐξανέφερε καὶ διερείδετο πρὸς τὴν Τύχην,... transl. et in imagine. F. A.¹ 410, 23: βέλει μὲν ἀπὸ τόξου τὸ στέρνον ἐνερεῖσθέντι... propr. F. A.² 452, 13: βέλει..., οὐ τοῖς περὶ τὸν μαστὸν ἐνερεῖσθέντος ὀστέοις, propr. F. R. 405, 8: καὶ τραχύτησι τῆς πέτρας παραδίδοντος ἑαυτὸν καὶ ἐπερεῖσθάμενος, propr. F. A.¹ 422, 8: καὶ πέρατα γῆς ἀνευρὼν καὶ ὅλαττης ὡκεανῷ προσερεῖσαι Μακεδονίαν, im. Soll. 75, 7—8: πρὸς ἐργασίαν τῆς νεοτιᾶς, οὐ φέρουσα πηλὸν οὐδὲ προσερείδουσα τοίχοις, propr. ¹⁾). ἔστια· focus; met. asylum. F. R. 384, 25. ἵνα... ἀπεργάσηται πᾶσιν ἀνδρώποις ἐστίαν ιερὰν.

ἔφοδιάζω· viatico dono; met. instruo aliquem rebus necessariis ad aliquid efficiendum. F. A.¹ 412, 12. ...συνέσεως, σωφροσύνης, ἀνδραγαδίας, οἷς αὐτὸν ἔφοδιάζει φιλοσοφία πρὸς τὴν στρατείαν, transl. et in im.; al.

ἔφόδιον· viaticum; met. subsidium. F. A.¹ 412, 5—6. τὸ δὲ λαμπτὸν αὐτῷ καὶ μέγα παρασκευασθὲν ὑπὸ τῆς Τύχης ἔφόδιον ἐβδομήκοντα τάλαντ' ἥν,... propr. F. A.¹ 412, 18: τὴν Ἰλιάδα καὶ τὴν Ὁδύστειαν ἀκολουθεῖν αὐτῷ τῆς στρατείας ἐφόδιον, transl. F. A.¹ 412, 20—21: ἔφόδιον δ' ἀληθῶς γεγονέναι τὸν ἐκ φιλοσοφίας λόγον... transl. F. A.² 448, 3: ἡμερῶν τριάκοντ' ἔχων ἔφόδιον, propr. Gl. Ath. 464, 15: στρατευμάτων ἔφόδια καταχορηγοῦντες εἰς τὸ θέατρον, propr.

ῆκω in locutione: F. R. 407, 4—5. παρ' οὐδὲν ἦκοντας ἀπολέσθαι, al.

ῆλιος· v. s. v. ἀνήλιος.

ῆλος· clavus (propr. et transl.). F. A.² 453, 20. καὶ δεσμός ἥν αὐτῷ καὶ ἦλος τὸ τόξευμα...

Ὥολερός· turbidus; met. obscuratus, offusus (de mente), inquinatus (de corpore). Soll. 22, 10. ...μηδὲ κεκτῆσθαι λόγον, ἀσθενῆ

¹⁾ Ut plenius cognoscatur, quam aucupetur Plutarchus, quae probantur in vulgus (nam acris et crassa est lingua populi, cf. etiam in vernacula vulgari „odewal“ pro „odejdź“), aliud aequa ponderosum propono vocabulum: F. R. 387, 11. ἡ Τύχη... ἀπεσείσατο ταχέως Ἀλεξανδροῦ,... im. F. A.² 439, 8: Τύχη τὴν Τύρον ἔσεισεν αὐτῷ, im. F. A.² 447, 25: ἡ δὲ πάλιν αὐτῷ τὰς Θήβας ἐνέστεισε...

δὲ κεκτῆσθαι καὶ θολερόν, ὥςπερ ὄφθαλμὸν... τεταραγμένον. Es.¹ 109, 11: οὗτω δὴ καὶ διὰ σώματος θολεροῦ καὶ διακόρου καὶ βαρυνομένου τροφαῖς ἀσυμφύλοις. Θραύω· frango; met. debilito. F. A.¹ 425, 10. ἀλλὰ θραύονσιν οἱ καιροὶ παρὰ τὰ δεινὰ τοὺς λογισμούς, ... al. Ar. Aspas. Orph. h. Hdn.

Θυρίον· ostiolum. Soll. 28, 2. Ἐπίσχες, ὁ Αὐτόβουλε, καὶ παραβαλοῦ τὸ θυρίον τῆς κατηγορίας cf. 940 F: „ἐπίσχες“ εἶπεν ὁ Λαμπρία, καὶ παραβαλοῦ τὸ θυρίον τοῦ λόγου...“ Quae placuerant, non dignatus est iterare; iam plura superius probata suffragio sunt, ut credamus Plutarchum lectione multa copiosam sibi comparavisse locutionum supellectilem, quarum nonnullas iterum ac saepius producere sibi permitteret.

κατακομίζω· sopio; met. placo, securum reddo. Gl. Ath. 457, 26. — 458, 1. ἔξαπατήσας δὲ καὶ κατακοιμίσας οὕτω τοὺς πολεμίους ἀνέζευξε νυκτὸς ἐκ τῆς Λακωνικῆς; proprie: „cum effecisset, ut neglegentes quieti se traderent...“; ex quo liquet nonnunquam propriam et translatam significationem ex grammatica tantummodo pendere ratione; nec tamen, quam vana sit notio „figurae“, persequi necessarium est.

καταχέω· effundo; met. abunde tribuo. F. A.¹ 422, 10. καταχέασθαι γένους παντὸς εἰδίκιαν καὶ εἰρήνην. F. A.² 431, 23: τύχης... πλουσίαν ὕλην καταχεαμένης καὶ παραβαλούσης, al.

κενεμβατέω· pede labor; in. univ. labor. F. A.² 434, 5. οὕτως ἐρρέμβετο κενεμβατοῦν καὶ σφαλλόμενον ὑπ' ἀναρχίας τὸ μέγεθος αὐτῆς i. e. regni Macedonici Alexandro mortuo. (i. W: II. 891 a, I. 375 a). im.

κενοτάφιον· inane sepulcrum. v. s. v. ἐκχέω.

κλέμμα· F. R. 394, 17.

λιποτάκτης· desertor aciei. F. A.¹ 454, 6. τοὺς δὲ λιποτάκτας ἀπεκάλει, μὴ τολμῶντας αὐτῷ βοηθεῖν Alexander, cum excideretur sagitta e vulnere. Evidem Plutarcho ipsi auctorive alicui ephraseos in hoc conscriptae argumentum sales istos tribuerem, nisi scirem etiam Alexandrum eum fuisse, qui „βωμολόχον ἔξευρέ τι“. Ideo, ut rheto-

ribus Alexander M. in deliciis erat et omnino Graecis,
ita Romanis faciebat nauseam¹⁾.

λιχνεύω· ligurio; met. avide cupio. Gl. Ath. 459, 17. ταρακτικὰ πάθη
τοῖς ἀναγγινώσκουσιν ἐνεργάσασθαι λιχνευόμενος. al.
(c. inf. ἄπ. λεγ. omnino?).

μάχομαι· pugno; met. refragor. F. A.² 443, 16. καὶ θάλατταν μαχο-
μένην ἔπλευσε, ... im.

μειλίσσω· dulce reddo aliquid; met. med. demulceo. F. A.¹ 418, 9.
καθάπτερ ζῷα τιθασεύων καὶ μειλισσόμενος (prorsus
non inv. in i. W.) ἄπ. λεγ. ap. Plut.

μήρινθος· filum. F. A.¹ 425, 15. εἰ μὴ μηρίνθον φιλοσοφία περι-
τέθεικεν in im.

μήτηρ· mater; met. genetrix; Gl. Ath. 456, 16. Πολλῶν μὲν δὴ καὶ
ἄλλων ἡ πόλις ἥδε μήτηρ καὶ τροφὸς εὐμενῆς τεχνῶν
γέγονε, im. cf. Es.¹ 103, 16: ἔχόρευσαν ύψος ἥδονῆς περὶ
δρῦν τινα καὶ φηγόν, ζείδωρον καὶ μητέρα καὶ τροφὸν
ἀποκαλοῦντες.

νεανικός· iuvenilis; met. strenuus, splendidus, laetus. Brut. 90, 26.
οὕτω νεανικῶς πρὸς τὴν ὑπόθεσιν ἐπικεχείρηκας. al.

νεαρός recens; met. integer; v. s. v. ἄδικτος p. 54.

νεκροκόσμος· pollinator. Es.¹ 106, 5. ἀνθρώπων πλουσιῶν νεκρο-
κόσμοις²⁾ χρωμένων μαγείροις καὶ ὄψοποιοῖς, ... ἄπ.
εἰρ. omnino! Neque miror Plutarchum satis habuisse se-
mel tale quid delinquere, neque ne tam corrupta posteriorum
fuisset aetas verebar, ut inventus esset, qui nostrum in
istoc monstro verbi adhibendo aemulari animum induceret.

νήφω· sobrius sum; met. cautus sum. Al. F. 436, 15. ἐν τοῖς πράγ-
μασι νήφων. Brut. 90, 17: νήφοντι χρῆσθαι λογισμῷ.

οἰκόσιτος· domi suaē cibum capiens; met. suis sumptibus vivens.
Soll. 68, 15. φρουρεῖ δὲ τὸν κροκόδειλον οὐκ οἰκόσιτος,
ἀλλὰ τοῖς ἐκείνου λειφάνοις παρατρεφόμενος· al.

¹⁾ L. Weber, De Plutarcho Alexandri laudatore, Genethliacon Göttingense, Hal. Sax. 1888; Hoffmann, D. Literar. Portr. A. d. Gr. im griech. u. röm. Altert. 1907; Eicke, Vet. philos. quale fuerit de Alex. M. iudicium. Diss. Rost. 1909 cf. Lübker⁸ p. 44 extr.

²⁾ Marci Antonini In semet ips. 6, 13¹. Οἶον δὴ τὸ φαντασίαν λαμβάνειν
ἐπὶ τῶν ὄψων καὶ τῶν τοιούτων ἐδωδίμων, ὅτι νεκρὸς ἰχθύος, οὗτος δὲ νεκρὸς
ὄρνιθος ἢ χοίρου· Es.¹ 107, 4: εἰ δὲ ἀναμένεις νεκρὸν γενέσθαι τὸ αἰσθανόμενον;
20; ὡςπερ ὄντως νεκρὸν ἐνταφιάζοντες.

- όλισθαίνω**· labor; met. calamitatem accipio. Gl. Ath. 466, 16—17.
αἱ δὲ Ἀλκιβιάδου (sc. νῦκαι) περὶ Σικελίαν ὁ λισθοῦσαν
 τὴν πόλιν ἐγείρουσσιν·
- όράω**· video; met. (ἐπειδὸν „vidi“¹⁾). F. R. 402, 16. καὶ τρὶς αὐτὸν
 ὁ περιρρέων τὴν οἰκουμένην Ὡκεανὸς εἶδε νικῶντα, im.
 F. A.² 429, 4: μᾶλλον ἀπολωλέναι μέρος τῆς βασιλείας
 ἡ Θετταλὸν ἐπιδεῖν ἡττημένον. Gl. Ath. 466, 19: ἐκ
 δὲ τῶν... ἀγώνων Ἰωνίαν ἀνισταμένην ἐπειδεν ἡ Ἐλλάς.
ὅρος· terminus; met. modus. Brut. 96, 6. τὰ δὲ ἐν ὑμῖν ἀκόλαστα...
 ἡ φύσις ἐντὸς ὅρων καθείργυνσιν...
- όψιαδία**· sera eruditio. F. A.² 428, 11. ἦν δὲ καὶ Φίλιππος ἐν τούτοις
 ὑπὸ ὄψιμα δίαις ἔαντοῦ μικρότερος... cf. Hartmann
 p. 155: „Notetur in sequentibus ὄψιαδία pro „stultitia“
 et „stupore“ positum“.
- παιδεύω**· pueros instituo; met. edoceo. F. A.¹ 413, 23. Υρκανοὺς
 γαμεῖν ἐπαίδευσε.
- παλίμβολος**· versatilis (plerumque transl.). F. R. 387, 16. (ἢ Τύχη)
 ἀπέλιπε τὴν ἀπίστον καὶ παλίμβολον σφαίραν. al.
- πανσπερμία**· omnifaria (propr. seminum) mixtio: Gl. Ath. 462, 7. τῷ
 γὰρ ὄντι συγκεράσας καὶ συμφορήσας πανσπερμίαν
 τινὰ²⁾ μύδων ὁ Πίνδαρος... cf. 462 F: οὕτως ἔοικε τῶν
 παδῶν πανσπερμία τις²⁾ ὁ Δημόδος εἶναι; transtulit vo-
 cabulum ex doctrina Democriti.
- παρακόπτω**· perperam cudo; met. decedo (ab institutis). F. A.¹ 422, 25.
 δεῖ κάμε νόμισμα παρακόψαι καὶ παραχαράξαι τὸ
 βαρβαρικὸν Ἑλληνικὴ πολιτείᾳ; tessera Cynicorum.
- παραπαιδαγωγέω**· sublevo aliquem in instituendo (propr. pueros). F. R.
 395, 28. Ἐγερίαν... παραπαιδαγωγεῖν καὶ συσχημα-
 τίζειν τὴν πολιτείαν. ἀπ. λεγ. ap. Plut.
- πατέω³⁾** calco; met. frango; v. s. v. ἐπεμβαίνω.
- πεπνυμένος**· animatus; met. prudens. F. A.¹ 423, 5. νήφοντι καὶ
 πεπνυμένῳ τῷ λογισμῷ al.
- πιπτω**· cado; met. corruso, intereo. F. A.² 452, 3. ...ἐπιβαίνοντα τειχῶν
 σφαλῆναι καὶ πεσεῖν ἀπ' ἐλπίδος μεγάλης. Gl. Ath.
 457, 14: ἐπεμβῆναι τῇ Σπάρτῃ πεσού ση...

¹⁾ R. M. Smith p. 115.

²⁾ Cf. p. 51. adn. 1.

³⁾ Bernad. 1. praef, p. LVII.

προῖκα: propr. dotis nomine i. e. dono, gratis. F. A.² 443, 11. τι ἀναιμωτί, τί *προῖκα*, τί μὴ πονήσαντι τῶν μεγάλων; Gl. Ath. 466, 23: *προῖκα* τῆς δόξης καὶ τῶν τροπαίων: praeter. Cum non invenissem, qui *προῖκα* e. gen. usurparent¹⁾, facere nequeo, quin opiner insolentius istuc dictum esse.

πρόκοιτος: excubitor; in univ. custos. F. R. 405, 21. τοὺς συνεργοὺς καὶ τοὺς προκοίτους τῆς φρουρᾶς κύνας ὑπνῳ κρατηθέντας. ἄπ. λεγ. ap. Plut. Pol. Dio Cass. (Byz. script. solum de personis).

προξενέω: hospes sum publicus; met. concilio. Soll. 13, 8. λαγωὶ καὶ δορκάδες ἐσθιόμενοι προβάτων καὶ κυνῶν ἐνιαχοῦ καὶ ἵππων κρέα προνέψενησαν. al.

πυλωρέω: portae praesum custodiae. Soll. 67, 9. καὶ τῇ πίννῃ σύνεστι καὶ πυλωρεῖ τὴν κόγχην προκαθήμενος. Hippocr. ep. σβέννυμι: extinguo; met. compesco, represso; pass. aresco, cesso. F. A.² 427, 2. ὑπὸ φθόνου καὶ σμικρολογίας... τῶν κρατούντων σβέννυνται καὶ φθίνει πᾶν τὸ τοιοῦτο.

σπείρω: sero; met. spargo. Fort. A.¹ 422, 9. καὶ τὴν Ἐλλάδα* σπεῖραι καὶ καταχέασθαι γένους παντὸς εὐδικίαν καὶ εἰρήνην, ... στόμα: os; met. (de poëtis:) carmen. Gl. Ath. 463, 13. ἡ Σοφοκλέους λογιότης καὶ τὸ Αἰσχύλου στόμα. Anth.

στομόω: aeo, propr. et. transl. Es.² 116, 1. καὶ κατὰ μικρὸν οὕτω τὴν ἀπληστίαν στομώσαντες... al. (στόμωμα. F. R. 408, 8—9: alia significatio).

σύμπηξις: compages; met. consociatio. F. R. 384, 10. τηλικαύτην σύπηξιν ἀρχῆς καὶ δυνάμεως.

σύμφυλος: gentilis, vernaculus; met. suetus. Brut. 97, 3. ἔκαστῳ γένει ζώου μίᾳ τροφὴ σύμφυλός ἐστι,... al. cf. Es.¹ 102, 10: ἥδονὰς παρὰ φύσιν ἀσυμφύλους. Es.¹ 109, 12: τροφαῖς ἀσυμφύλοις... Es.¹ 109, 18—19: πρὸς ἀλλότρια κακὰ καὶ ἀσύμφυλα... al.; Es.² 113, 13: μέλεσι καὶ ἀκούσμασι ἀναισχύντοις (sc. ἔπονται) δέατρα ἐκφυλα... al.

σύμφυτος: congenitus; met. insitus, naturalis. Brut. 90, 22. τῆς ψυχῆς τὸ σύμφυτον ὅπλον...

συνεκτιθηνέω: una cum aliquo modo nutricis foveo. F. R. 396, 14. οἵα δέ φασι τὰς ἀλκυόνων λοχείας παραδεξαμένην τὴν

¹⁾ Ap. Stephanum ne Plutarchi quidem exstat locus.

* Locus corruptus.

δάλατταν ἐν χειμῶνι σύζειν καὶ συνεκτιθηνεῖσθαι,...
cf. 662 B. ἄπ. λεγ. ομνίο.

συνερανισμός· (prop. stipis) collatio, subsidium. Brut. 99, 5, *χαιρειν*
έώσα τὸν παρ' ἔτέρων διὰ μαθήσεως τοῦ φρονεῖν συν-
ερανισμόν. ἄπ. λεγ. ομνίο.¹⁾ cf. Soll. 22, 14: τὸν
μὲν ἐκ γῆς, τὸν δὲ ἐκ Δαλάττης ἐνταῦθα συνερανί-
σειν,...

συνιστημ· (pr. adducendo) commendo, demonstro. F. A.¹ 419, 6. ἡ τῆς
στρατείας ὑπόθεσις φιλόσοφον τὸν ἄνδρα συνίστη-
σιν,...

σύννομος· qui iisdem pascuis utitur. met. qui una vivit: coniunx,
soror, pater etc. F. A.¹ 415, 18. ἀγέλης συννόμου νόμῳ
κοινῷ συντρεφομένης. Brut. 94, 24: καὶ τάλλα Δήλεα τοὺς
συννόμους αὐτῶν ταῖς ιδίαις ὁσμαῖς ἐπάγεται, ... al.

σύνοικος· in eadem domo habitans; met. contubernialis. Soll. 52, 5. ἐκεί-
νου (i. e. ἐρίφου τίγριν) δὲ φείσασθαι οἰομένην σύντροφον
ἔχειν ἥδη καὶ σύνοικον. al.

σωμασκέω· corpus exerceo; met. paro... F. R. 397, 23. σωμασκήσας
τὴν δύναμιν ἀξιόμαχον καταστῆσαι cf. v. Aem. 8. σ. τὸν
πόλεμον; dupliciter λήκυθον olet; praeter Plut. transl. adh.
non inv.

τεῖχος· murus, castellum; met. praesidium. F. A.² 452, 26. Λιμναῖοι
γάρ..., καὶ ὅσοι τὸ τεῖχος ὑπερβάντες ἡ ρήξαντες ἔστησαν
πρὸ αὐτοῦ, τεῖχος²⁾ ἀρετῆς ἥσαν, ... lusus verborum
(v. 25 τεῖχος prop. — v. 26 transl.). Oppian.

τιθηνός· nutritor; met. fautor. F. R. 398, 18. Τὴν δὲ Τύχην καὶ οἱ
μετ' ἐκεīνον ἐθαύμασαν βασιλεῖς ὡς πρωτόπολιν καὶ τι-
θηνὸν καὶ „φερέπολιν“ τῆς Ρώμης κατὰ Πίνδαρον. cf. 657 E.
v. Pomp. c. 77; attamen non carmina condit.

τροφός· nutrix; v. s. v. μήτηρ.

ὑποβολή· fundamentum (prop. et transl.); v. s. v. ἐξοικοδομέω.
ὑποκουρέω· domi latito; met. e. acc. obiecti extran.: aliquem secreto-

¹⁾ Auctor idem vocabuli exstitit ac fossor. Quantavis fuisse Plutarchi apud posteros auctoritas I., certe non erat tanta, ut nostrum vel in iuvenilibus scriptis magistrum ducerent sermonis elegantiarum.

²⁾ Cf. πύργος Ἀχαιῶν Δ. 334. τοῖος γάρ σφιν πύργος ἀπώλεο λ. 556.
cf. H. Amoneit, De Plutarchi studiis Homericis. 1887; C. Morawski, Parallelismoi (Dissertt. philol. Academiae Cracoviensis XXXIV) pp. 243—4.

I.) Hirzel, Plutarch, p. 111.

- attendere. F. A.² 441, 12. τὸν δὲ Φιλόταν ὑποικουρῶν δί αὐτῆς ὅλον ἐφώρασε, ... al. (c. acc. ap. nem. al.).
- ὑψαυχενέω· cervicem effero; met. superbio. F. R. 404, 11. ...Φούριον Κάμιλλον, ὃν εὐτυχῶν μὲν καὶ ὑψαυχενῶν ὁ δῆμος ἀπεσείσατο καὶ κατέβαλε. ἄπ. λεγ. ap. Plut.?
- φάτνη· praesepe. F. A.² 428, 1. τὴν ψυχὴν ἐν ταῖς φάτναις εἶχεν, οὐχ ἵππων, ἀλλ' ὄνων ἐπιτηδειοτέραν ἀκούειν i. e. de equis solum cogitabat, neque animo satis digno, sed asinis. Equi animam Ateae Scytharum regi exprobravit, „equinam“ ipse commisit translationem.
- χείρ· in locutione „e manibus“. Gl. Ath. 458, 22. καὶ κρατήσαντες ἐκ τῶν χειρῶν τοῦ Ἐπαμεινῶνδα ἀφείλοντο τὴν Μαρτίνειαν.
- χορός· coetus canentium et saltantium; met. chorus (omnis globus, hom. Mus. ex. gr. etc.). F. R. 386, 22. τοιοῦτος ὁ τῆς Ἀρετῆς χορὸς πρόσεισιν ἐπὶ τὴν σύγκρισιν. al.
- ψυχορραγέω· animam ago (propr. de luctante cum morte). F. A.² 434, 16. εὐλάς τινας ἀνέξεσεν ἀγεννῶν βασιλέων καὶ ἡγεμόνων ψυχορραγούντων. (i. W.: II. 362 E. I. 560 E).

Fuscis videlicet avibus quaestionem de translatione institui: ingurgitem profundum demersa est oratio; sed ne rem ullam transsiliat incuriose, dicendum est de imagine¹⁾. Est autem ea translationis figura, in qua res, plantae, bruta, ea, quae in rerum natura fiunt, ipsa rerum natura eiusque elementa, notiones generales, collectivae, abstractae, sensus, affectus, etc. eis, quae proprie ad personas vel animantia pertinent, induuntur proprietatibus. Per prosopopoeiam fit vivida oratio. Conformatur, ne longius ab exemplis digrediamur, in imaginem:

Res:

- Gl. Ath. 466, 13. ἀσπίδ' αἰχμάλωτον; αἰχμ. propr. dici solet de personis.
- Soll. 54, 23—24—25. ἀργούντων... κυνῶν καὶ ἵππων καὶ δικτύου καὶ πάσης σαγήνης, ...
- F. A.¹ 436, 3. ὡς ἐπὶ σκηνῆς τὸ διάδημα κωφὸν διεξῆλθε τῆς οἰκουμένης regio insigni pro persona regis posito.
- 442, 11. ἐπὶ δύρας αὐτῷ τὸ διάδημα τῆς βασιλείας ἦλθεν, ...

¹⁾ W. Christ-Schmid, II, 1, 381, adn. 5.

Plantae:

Es.¹ 103, 15. δρῦν τινα καὶ φηγόν... μητέρα καὶ τροφὸν ἀποκαλοῦντες.

Bruta:

F. R. 405, 21. τοὺς προκοίτους τῆς φρουρᾶς κύνας; πρ. ad-ditur solum substantivis personas denotantibus.

F. A.² 442, 8. ὃν χρεμετίσας ἵππος εἰς τὸν Κύρου Δρόνον ἐκά-
δισεν,...

Soll. 13, 6—8. λάγωοὶ καὶ δορκάδες ἐσθιόμενοι προβάτων... κρέα
προυξένησαν.

67, 5. ὃν ἔστι καὶ ὁ τὸ πλεῖστον ἐξαναλώσας Χρυσίππο-
μέλαν πιννοτήρας. Me piget talia exscribere atque
enodare nescioque an digniores sint istius modi figurae,
quam ille Chrysippi πιννοτήρας, quae meum absumant
atramentum; ἐξαναλώσας est activum causativum; sequi-
tur nova imago: v. 6: παντὶ καὶ φυσικῷ βιβλίῳ καὶ ἡδικῷ
προεδρίᾳν ἔχων.

Soll. 71, 9—10. Δαρροῦντες μὲν οἱ σπογγοδῆραι κατακολυμ-
βῶσι, Δαρροῦντες δὲ τίκτουσιν οἱ ιχθύες,...

Rerum natura:

Brut. 96, 6. τὰ δὲ ἐν ὑμῶν ἀκόλαστα... ἡ φύσις... ἐντὸς ὄρων κα-
δείργυνσιν...

Es.¹ 106, 19—22. ἡ φύσις... ἐξόμνυται...

F. R. 396, 13. τὰς ἀλκυόνων λοχείας παραδεξαμένην τὴν Δά-
λαταν...

402, 16. καὶ τρίς αὐτὸν ὁ περιρρέων τὴν οἰκουμένην Ὁκεανὸς
εἶδε νικῶντα.

F. A.² 431, 13—15. ἐμὲ δὲ ὁ Καύκασος δείξει καὶ τὰ Ἡμωδὰ
καὶ Τάναις καὶ τὸ Κάσπιον πέλαγος, αὗται τῶν
ἐμῶν ἔργων εἰκόνες¹⁾.

¹⁾ Vox εἰκών instar pestilentiae grassabatur apud scriptores rhetoricos. Spero fore, ut detur locus enumerandis singulis vocebus, quae admodum rhetoricum produnt colorem occurruntque ap. Plutarchum. Nunc satis habeo ad K. Borinski, Die Antike in Poetik u. Kunsttheorie I. ablegare, quo in opere cum in textu ipso tum in annotationibus silvam locorum invenies de aequatione: ut pictura I.) poesis. Tamen nihil affert ex Plutarcho; tanto gravioris erit mihi curae Plutarchum eikovίζοντα expiscari. Sed de his iam iamque.

I.) Ap. nostr. cf. Gl. Ath. 456, 20—457, 12. 458, 23—459, 3.

F. A.² 443, 15—16. Σάλατταν μαχομένην ἔπλευσε...

Aqu. 9, 18. τέχνας δὲ πάσας καὶ ἀνεῦρε τὸ πῦρ καὶ σφέζει·

Es.¹ 103, 20—21. τί καταψεύδεσθε τῆς γῆς ὡς τρέφειν μὴ δυναμένης.

Notiones concretae:

Gl. Ath. 456, 8. *Μαραθὼν*¹⁾ τὴν Μιλτιάδου νίκην προπέμπει, καὶ Σαλαμῖς τὴν Θεμιστοκλέους, χιλίων σκαφῶν ναυαγιοις ἐπιβεβηκυῖαν.

10. φέρει ἡ μὲν Κίμωνος (sc. νίκη).

12. ἡ δὲ Δημοσθένους καὶ Κλέωνος τὴν Βρασίδου ἀσπίδα sc. φέρει.

14. τειχίζει δὲ τὴν πόλιν ἡ Κόνωνος sc. νίκη.

15. ἡ δὲ Θρασυβούλου (sc. νίκη) κατάγει τὸν δῆμον.

16—17. αἱ δὲ Ἀλκιβιάδου τὴν πόλιν ἐγείρουσιν sc. νίκαι.

Generales:

F. R. 387, 11. οὕτως ἡ Τύχη²⁾ καταλιποῦσα Πέρσας... Μακεδονίαν μὲν ἐλαφρὰ διέπτη καὶ ἀπεσείσατο ταχέως Ἀλέξανδρον, ... cf. F. R. 383, 2. 8. 12. 384, 3. 9. 386, 3. 4. 7. 16. 18. 24. 387, 2.

393, 4. τὴν μὲν Τύχην ὑποβολὰς κατατεθεῖσθαι, τὴν δὲ Ἀρετὴν ἐξῳκοδομηκέναι;

F. A.¹ 408, 14. πρὸς τὴν Τύχην τοῖς κατορθώμασιν αὐτὴν ἐπιγράφουσαν.

410, 12. Τύχης ἀνταγωνιζομένης οὐ συμμαχούσης.

²⁾ 431, 22—24. ὑπὸ τύχης... πλουσιαν ὕλην καταχειμένης καὶ παραβαλούσης.

433, 15. ποιησάτω τούτοις ἡ Τύχη μέγαν Ἀριδαῖον.

439, 8. Τύχη τὴν Τύρον ἔσεισεν αὐτῷ, καὶ Τύχη τὴν Αἰγανπτον ἀνέῳξε.

443, 18—20. εἰ γὰρ ἦν ὡς πρὸς ἄνδρωπον ἀγαγεῖν Παρρησίαν ὑπὲρ Ἀλεξανδρού πρὸς τὴν Τύχην, οὐκ ἀν εἶπε (sc. ἡ Παρρησία)...

¹⁾ Cic. Off. 1, 18, 61: Hinc rhetorum campus de Marathone.

²⁾ Eug. Lassel, De fortunae in Plutarchi operibus notione, diss. Marp. Catt. 1891. Alexandrinorum aetate deorum sola Fortuna superstes erat, quin immo adeo creverat auctoritate, ut omnipotens nuncuparetur; nec postea umquam depositum sceptrum: vide ex. gr. quantum saeviat ap. Lucanum. De Fortunae ap. alios scriptores partibus cf. Christ-Schmid, II, 1, 26, adn. 5; 296, adn. 9; II, 2, 632.

- 450, 25—451, 3. ἐνταῦθ' ἄρ' ἡ Τύχη μεγάλα καὶ λαμπρὰ διέφηνεν ἔργα τῆς πρὸς Ἀλέξανδρον εὐμενειας, ὅτι αὐτὸν... ἐμβαλοῦσα κατέκλεισε καὶ περιετείχισε... ὑπερσκέλισε καὶ κατεκρήμνισε.
- 451, 6. τὸν μὲν εὐδὺνς ἀνήρ παστε καὶ προανεῖλεν sc. ἡ Τύχη. De turbine ventorum cogitabat et, si fallor, obversabantur ei Homerici versus δ. 515. v. 63: ...ἀναρπάξασα θύελλα.
- 452, 5—6. τῆς δὲ νῦν ἐξεταζομένης Τύχης, οὗτον τὸ ἔργον.
- F. A.¹ 412, 5. παρασκευασθὲν ὑπὸ τῆς Τύχης ἐφόδιον.
- ² 433, 23. μικροὺς ἡ Τύχη ποιεῖ καὶ ταπεινόφρονας.
- 434, 20. εἰπεῖν πρὸς τὴν τότε Τύχην οὐκ ὀκνήσω.
- 439, 5. πρόσγραφον, εἰ βούλει, τῇ Τύχῃ τὰ Ἀρβηλα...
- 445, 7. Εὗγ' ὁ Τύχη...
19. βαρυτέρᾳ... κεχρῆσθαι Τύχη...
- 446, 11. παρὰ μικρὸν διὰ τὴν Τύχην Ἀλέξανδρος ἀπώλεσε...
- Gl. Ath. 456, 6. ὅτι Τύχης μέγαν ἀγῶνα καὶ Ἀρετῆς δεῖται, ... 8: διὰ Τύχην... 9: δι' Ἀρετήν;
10. Τύχης καὶ δαίμονος φδονεροῦ καὶ νεμέσεως ἔσται τὸ ἔργον.
- 11—12. ...Ἀρετὴ... ἐξοίσεται τὸ νικητήριον;
16. μέσον ἔθηκεν ἡ Τύχη τὸ τεῖχος.
- 459, 14. ὑπὸ τῆς Τύχης φυλαττόμενος ἀεὶ καὶ δορυφορούμενος, ...
- Soll. 12, 5—8. τὴν θῆρευτικὴν ἄξιον ἐπαινεῖν, ὅτι... τὸ πολὺ δεῦρο τρέψασα... παρέχει...

Collectivae:

- F. R. 404, 11. Φούριον Κάμιλλον, ὃν εὐτυχῶν μὲν καὶ ψυχενῶν ὁ δῆμος ἀπεσείσατο καὶ κατέβαλε,...
- F. A² 434, 5—6. οὕτως ἐρρέμβετο κενεμβατοῦν καὶ σφαλλόμενον ὑπὸ ἀναρχίας τὸ μέγεθος αὐτῆς i. e. τῆς δυνάμεως.
10. οὕτως ἀφεῖστα τὸν Ἀλέξανδρον ἡ δύναμις ἵσπαιρεν, ἐπάλλετο, ἐφλέγμαινε.
- Gl. Ath. 456, 16. Πολλῶν μὲν δὴ καὶ ἄλλων ἡ πόλις ἥδε μήτηρ καὶ τροφὸς εὐμενὴς τεχνῶν γέγονε, ...
- F. R. 390, 8. τὴν Ἀρμην ἀντίρροπον χρυσῷ κεκλιμένην ἀπὸ τοῦ ζυγοῦ... καθεῖλεν, ...

F. A.¹ 410, 5—6. καὶ Κιλικία μοι πλατεῖαν Αἴγυπτον, Κιλικίαν δὲ Γράνικος,...

411, 11. ἔτι τοῖς Φιλιππικοῖς πολέμοις ἐπέστη παιρεν ἡ Ἐλάσ, ἀπεσείοντο δ' αἱ Θῆβαι τῶν ὅπλων τὴν Χαιρωνικὴν κόνιν ἐκ τοῦ πτώματος ἀνιστάμεναι, καὶ συνῆπτον αἱ Ἀδήναι τὰς χεῖρας ὁρέγουσαι· πᾶσα δ' ὑπουρλος ἡ Μακεδονία πρὸς Ἀμύνταν ἀποβλέποντα.

415, 2—5. οὐκ ἂν εἶχεν Ἀλεξάνδρειαν Αἴγυπτος, οὐδὲ Μεσοποταμία Σελεύκειαν οὐδὲ Προφθασίαν Σογδιανὴ οὐδὲ Ἰνδία Βουκεφαλίαν, οὐδὲ πόλιν Ἐλλάδα Καύκασος παροικοῦσαν...

² 452, 3. οὐδὲ τῶν Βαβυλωνος ἐπιβαίνοντα τειχῶν σφαλῆναι καὶ πεσεῖν ἀπ' ἐλπίδος μεγάλης.

Gl. Ath. 456, 2. καὶ Κόνωνα πάλιν ἐμβιβάζοντα τὰς Ἀδήνας εἰς τὴν Δάλατταν, ... Non solum illustrium virorum colligit dicta, verum etiam studet sententiolis, quae de illis circumferebantur; Athenas in epibatae speciem repreäsentavit.

457, 14. ἐπεμβῆναι τῇ Σπάρτῃ πεσούσῃ καὶ πατῆσαι τὸ φρόνημα... τῆς πόλεως ηδέλησε.

458, 22—23. καὶ κρατήσαντες ἐκ τῶν χειρῶν τοῦ Ἐπαμενώνδα ἀφείλοντο τὴν Μαντίνειαν.

466, 19. Ἰωνίαν ἀνισταμένην ἐπεῖδεν ἡ Ἐλλάς.

Abstractae:

F. A.¹ 412, 12—13. οἵς αὐτὸν ἐφωδίαζε φιλοσοφία πρὸς τὴν στρατείαν,...

419, 5—6. Οὐκοῦν πρώτη μὴν ἡ τῆς στρατείας ὑπόθεσις φιλόσοφον τὸν ἄνδρα συνίστησιν.

425, 15. εἰ μὴ μηρίδον φιλοσοφία περιτέθεικεν.

Soll. 64, 5. ἡ γὰρ ψιλότης οὐ βοηθεῖ πρὸς τὴν τραχύτητα·

Brut. 89, 13. ὥςδ' ὑμεῖς, κατὰ νόμων ἀνάγκην οὐχ ἐκούσιον οὐδὲ βούλομένην¹⁾ ἀλλὰ δούλευονταν ἔθεσι καὶ ψόγοις...

423, 5. νήφοντι καὶ πεπνυμένῳ τῷ λογισμῷ.

¹⁾ Verbum βούλομαι proprio de animantibus ratione praeditis usurpatum cf. W. Fox, *Βούλεσθαι und ἔθελειν*. Berl. Philol. Wochenschr. 37 (1917), 19. col. 597 sqq., 20. col. 633 sqq., 26. col. 832.

Brut. 89, 14. δόξαις ἐπήλυσι.

90, 17. νήφοντι χρῆσθαι τῷ λογισμῷ.

Soll. 53, 9. Ἰνα δὲ κορυφὴν ὁ λόγος ἐπιδεῖς ἔαντῳ παύσεται, ...

Es.² 111, 4. προσφάτους ἡμᾶς ὁ λόγος παρακαλεῖ.

Sensus:

Soll. 38, 18—20. ή γὰρ αἴσθησις αὐτὴ... τοῦ θηρίου τὴν φυγὴν ἐπιδείκνυσι, χαίρειν λέγουσα διεζευγμένος.

Brut. 94, 5—10. ή δ' ὅσφρησις ἡμῶν... διαισθανομένη... παρίησι... ἀπελαύνει καὶ οὐκ ἐᾶ θιγεῖν...

Es.¹ 101, 11. πῶς ή ὄψις ὑπέμεινε... πῶς ή ὄσφρησις ἦνεγκε... πῶς τὴν γεῦσιν οὐκ ἀπέτρεψεν...

107, 10. ἵν' ή γεῦσις ἐξαπατηθεῖσα προσδέξηται τὰλλοτριον.

Affectus:

F. A.² 446, 2—4. εἰ δὲ μὴ μέγ' ἦν τὸ Ἀλεξάνδρου φρόνημα μηδ' ἀπ' ἀρετῆς ὄρμώμενον μεγάλης ἐξανέφερε καὶ διηρεύδετο πρὸς τὴν Τύχην, ...

Gl. Ath. 463, 9—10. ως ή Θεμιστοκλέους δεινότης ἐτείχισε τὴν πόλιν, ως ή Περικλέους ἐπιμέλεια τὴν ἄκραν ἐκόσμησεν, ...

Soll. 12, 9—10. ἅμα τέχνης καὶ τόλμης νοῦν ἔχούσης πρὸς ἀνόητον ἴσχὺν καὶ βίον ἀντιτατομένης καὶ ἐπαινούσης τὸ Εύριπίδειον...

Brut. 87, 17. ή ἀλκὴ μετὰ τοῦ θυμοειδοῦς... πηδᾶ καὶ ἀγανακτεῖ, ...

Es.² 115, 19—21. καὶ γενσάμενον οὕτω καὶ προμελετῆσαν ἐν ἐκείνοις τὸ φονικὸν ἐπὶ βοῦν ἐργάτην ἥλθε...

Inversa conformatio ne personae vel res animatae ut vita et sensu carentes tractantur:

Gl. Ath. 456, 3. Ξενοφῶν μὲν γὰρ αὐτὸς ἔαντοῦ γένονεν ἴστορία, ...

Soll. 11, 12. ...νεανίσκους... πρὸς τοῦτο παντάπαι σὸνέντας.

48, 17. τοῖς ἀδιδάκτοις γηρύμασιν ὅση μοῦσα καὶ χάρις ἐπεστιν, ... prosopopoeiam credo fuisse in hac voce priorem catachresi.

Brut. 90, 11. ὅτι τῆς μὲν ἀνδρείας οἶον βαφή τις ὁ θυμός ἐστι καὶ στόμωμα.

12. τούτῳ (i. e. τῷ θυμῷ) δ' ἀκράτῳ τὰ θηρία χρῆται

πρὸς τοὺς ἀγῶνας, ... ἄκρατος propr. de vino cf. v. 13—14:
ὑμᾶν δὲ προσμεμιγμένος πρὸς τὸν λογισμὸν ὥσπερ
οἶνος πρὸς ὕδωρ ἐξίσταται...

Priusquam ad prosopopoeiam in dialogo adhibitam transeam, exponam pauca de genere quodam imaginis, quo fit, ut abstracte loquamur. Radford in dissertatione quae inscribitur „Personification and the use of abstract subjects in the attic orators and Thukydides“ (Baltimore, 1901) adnumerat etiam prosopopoeiae „the use of the participle as an abstract noun in such phrases as *τῆς γνώμης τὸ θυμούμενον*“ Thuc. 7, 68, 1¹). Dubium non est, quin hoc quoque modo formetur prosopopoeia; haud ita facile tamen discerni potest, utrum id fiat adornandae imagine orationis gratia, an ratione quodam naturali cum progressu sermonis cohaerente, ita ut sit aptius genus istud ad historicam linguae grammaticen reicere, quam in rhetorico colore investigando explicare²). Iam, ut breviter perstringam, quanam ratione usi sint veteres auctores in participio in neutro genere pro substantivo ponendo, aliquot locos e Balseri dissertatione referre liceat, ut nobis via praemuniatur ad solvendam quaestionem, arbitrio-ne id factum sit scriptoris, an linguae consuetudine tale quid poscente et per se concipiente:

Balser. p. 47: „Apparet igitur in hoc ordine progressio aliqua, sed admodum exigua. Causa autem horum discriminum potius in ipsa cuiusque scriptoris materie posita est“.

p. 48: „Videtur hic usus aetati horum trium scriptorum (sc. Eur. Antiph. Thuc.) proprius esse, nam perraro leguntur talia apud scriptores paulo iuniores“.

p. 48: „Postea autem saepe reperiuntur talia apud scriptores, quos constat Thucydidis dictionem esse imitatos. Imprimis apud Plutarchum, sed exstant etiam apud Dionysium Halicarnassensem in Archaeologia, apud Lucianum, Laërtium Diogenem, Cassium Dionem, Procopium, alios“.

¹⁾ Ib. p. 32.

²⁾ De linguae Graecae participio in neutro genere substantive posito dissertationem scripsit Herm. Balser, Lips. 1878, cf. porro Schanzii Symbolas: J. Fr. Birklein, Entwicklungsgeschichte des substantivierten Infinitivs, Würzburg 1888; etenim ponitur infinitivus quoque substantive neque ullum video discrimen inter particip. et infinit. hoc in genere prosopopoeiae usurpando; cf. etiam, quae ibi laudantur; Radford p. 6². 7¹.

Quid autem causae esset, cur vario modo eo genere uterentur scriptores, non enodavit Balserus, utpote qui, cum satis perspexisset in ipsa uniuscuiusque scriptoris materie eam positam esse, tamen neque rerum scriptores ab oratoribus seiunxisset neque in naturam ipsius formationis inspexisset. Non enim oratores huius formationis auctores habendi sunt¹⁾. Quid quod Thueydidis propria videtur esse generis dicendi? Quid quod historicorum ac philosophorum? Binis igitur causis illud dicendi genus ductum videtur esse: ponebatur enim participium substantivi loco, quo concisior et expeditior procederet oratio et ut suppetret copia abstractis formandis, quae maturescente iam ingenii humani acumine desiderabantur non solum in dialectica, verum etiam in usu vitae cotidiano; neque tamen pro-pensa erat lingua graecanica ad propria substantiva abstracta conformanda²⁾. Duplici igitur Plutarchus obstringebatur necessitate, ut frequentius quam ceteri scriptores abstractam usurparet formationem: quippe qui et rerum gestarum scriptoris gereret partes et philosophiam minime abnueret; accedit quod et inferioris fuit aetatis.

Inest etiam articulo, in eiusmodi constructionibus adhibito, vis quaedam propria ac peculiaris. Propterea haud iure emendassem eenseo Bernadacen, Soll. 48, 13: *ἡ καὶ πολὺς κατάγελως τὸ πρὸς τὰῦτα καταλιπεῖν ἐκείνοις σύγκρισιν, ... ann. 13: τὸ πρὸς] πρὸς?*; eruditus ac nequaquam spernenda praeditus linguae graecae ut vernaculae notitia editor, certe Plutarchi usum dicendi inspicere debuisset; qui qualis in hac re fuerit, iam exemplis illustrem:

Aqu. 9, 9. *καίτοι γ' εἰς τούναντίον λάβοι τις ἄν, τὸ χρησμώτερον εἶναι τοῦτο...*

Soll. 54, 19. *οὐ γὰρ βούλομαι Πινδάρον ζηλωτὴς ὃν ἀκοῦσαι τὸ τι-θεμένων ἀγώνων πρόφασις etc.*

63, 22. *τὸ μὲν γὰρ αὐτοῦ τὰς πλεκτάνας κατεσθίειν αὐτὸν φεῦδός ἔστιν.*

64, 1. *τὸ δὲ μύραιναν δεδιέναι καὶ γόγγρον ἀληθές ἔστιν.*

¹⁾ Radford, p. 7: „in Demosthenes such a subject as *τὸ τῆς φύσεως βάρβαρον* (21, 150.) is very exceptional“.

²⁾ Nomina in *-μα* cf. W. Schmid 2 p. 225 s. v. *φιλανθρώπευμα*; in *-σις* Radford p. 7; (Berl. Phil. Wochenschr. [1917] 37, n. 30—31, p. 921; Wochenschr. f. Klass. Philol. 34 [1917], n. 38—39, p. 851); Charles W. Peppler, The suffix *-μα* in Aristophanes

- Brut. 84, 24. οὗτω σὺ διεκρούσω τὸ ἄλλος ἐξ ἄλλου γενέσθαι, ...
 87, 12. ἀλλὰ φύσει φεύγοντα τὸ κρατεῖσθαι...
- Es.² 113, 15. διὰ τοῦτο διέταττεν ὁ Θεῖος Λυκοῦργος ἐν ταῖς τρισὶ
 ρήτραις τὸ ἀπὸ πρίονος καὶ πελέκεως γίγνεσθαι τὰ Δυ-
 ρώματα...
- 114, 23. εἰ μὴ νὴ Δία ἐκείνων καθαρμός ἔστι τὸ περὶ τούτων
 διαλέγεσθαι...
- 116, 9. ταῦτ' οὐκ ἀποτρέπει τῶν ἀνηρημένων τὸ ἀκόλαστον τὸ
 καὶ σώματι νόσους καὶ βαρύτητας ἐμποιεῖν.
- 118, 19. Οὐ μὲν ἀλλὰ καὶ τοῦτ' ἥδη σκεψθμέδα, τὸ μηδὲν εἶναι
 πρὸς τὰ ζῷα δίκαιον ἥμν.

Paene omnibus his locis, praecipue autem 9, 9. 84, 24. 87, 12., omissso articulo τὸ integra, ni magno opere fallor, manebit sententia, at si, ut in reliquis, articulus omitti nequit, studium adhibendi art. manifestum est, cum singulae enuntiationis partes per eum inchoatae quasi tituli quidam et proposita premantur, quorum demonstrandorum causa reliqua sequatur oratio. Aliae etiam rationes sunt in Plutarcheo usu articuli considerandae, nam et hiatum interposito articulo vitavit, et variandi sermonis studio tum apposuit, tum neglexit (saepius autem, ubi non opus, apponit, quam, ubi desideratur, neglegit) et interdum etiam oratorie et poëtice articuli rationem, qualem sibi pedestris vindicat oratio, non habuit.

Minutissimam quaestionem de articuli usu ut latius exponam, eo ducor, quod ante aliquot annos laboriosam admodum scripsi lucubrationem de ratione usurpandi articuli in Vitis Plutarchi; quo factum est, ut penitus consuetudinem eius hac in materia perspicere. Propterea liceat mihi hoc loco pauca enarrare, quae ex iuvenilibus Plutarchi excussi libellis, eaque eo fine, ut demonstrem altero quoque loco erravisse Bernadacem, cum versa vice priore loco articulo deleto altero addiderit, meo iudicio, haud merito.

Variandi igitur sermonis gratia usurpat Plutarchus articulum ex. gr. Soll. 54, 26: ἐκεχειρίας... δεδομένης τὸ σήμερον. Oratorie, licentiam vindicans sibi ferme poëticam, omisit articulum passim in Aqu., qui libellus, de quo etiam separatim agam in addendis, mihi in schedis tantum adumbratus videtur comparere, cum aut recitatus non sit, aut post recitationem non perpolitus:

Aqu. 6, 15. ὥστε καὶ αὐτῷ φέροτα πυρὸς ἔνδεια.

18. Θάνατος ὕδατι καὶ ὀλεθρος ἐπιλειψις θερμότητος¹⁾. Etiam

Es.² 112, 6. οἵα νῦν πολλὰ δρῶσιν οἱ μὲν εἰς σφαγὴν ὑῶν ὡδοῦντες ὁ βελοὺς διαπύρους, ἵνα... qui locus alienus a Plutarcho mihi videtur. Etenim primum velim animadvertisas singularem numerum σφαγῆν paululum insolentius e. plurativo ὑῶν coniunctum; deinde vocem σφαγῆ significatione iugulum rariorem esse et poëticam (Aeschyl. Antiph. Thuc. Plut. Galb. 27); postea numeros aure pen-sites rhythmicos _ , ~ _ , √ _ , — _ , √ √ _ , √ √ √ _ ; denique desiderari articulum ap. σφαγῆν et ὑῶν, ut plene prosa fiat oratio.

In universum tamen diligentem fuisse Plutarchum in articulo adhibendo et omittendo persuasum mihi habeo. Non eadem fuerunt diligentia imitatores Plutarchi: v. Aem. Paul. c. 10: ...ό Περσεὺς...; Ps. Plut. Apophthegm. Aem. Paul. 2: ...Περσεὺς... quamvis fere ad verbum exscriptus sit locus e vita Aemilii.

Locus, quem emendarē Bernadaces statuit, hic est:

F. R. 394, 6. ἐν μέρει ἐκατέρου στόμα τῇ χηλῇ διοίγων, ἐνετιθεῖ ψώμισμα... ann. 6: στόμα] τὸ στόμα?

Quaeritur, quod sit enuntiationis propositum, ob quod sententia formetur? ²⁾. Cave tamen ne putas logica semper ratione inquiri id posse: scriptor ipse saepe diversis de causis varie propositum mutat enuntiationis, quare color quidam induit sententiae, quem is tantummodo percipiat, cuius vernacula lingua loquatur auctor; ex. gr.:

F. R. 386, 17. Μούκιος ἐκεῖ Σκευόλας τὴν φλεγομένην χεῖρα δείκνυσι βοῶν... i. e. illam, quae fama pervulgata erat, manum flamme corrosam protendit et exhibet...

20. (18: Μάρκος Ὁράτιος...) σκάζοντα μηρὸν παρέχων, ἐκ βαθείας ὑποθέγγεται δίνης... cum femur claudicans ostendat, i. e. altero se esse pede claudum; illic rem notam in memoriam revocat, hic incognitam indicat, licet possint et χεῖρα et μηρὸν, utroque membro suaque

¹⁾ Heracliti stilum elatiorem appetere videtur cf. Berl. Philol. Wochenschr. 37 (1917) n. 39, 1214—1215.

²⁾ Nihil refert praefinitumne iam sit substantivum et noto cui adsignatum vel omnino ad quod certum relatum sit.

adsignato personae, pari modo, quod ad articulum attineat, tractari. Similiter

F. R. 389, 3. Ἄρο' οὖν ταύτην¹⁾ τις ἀρχὴν ποιησάμενος οἰκείαν... Si te ἀρχὴν offendit, quod articulo caret, cum praecedat ταύτην, memento id quaeri, quid proprie enuntiatura sit enuntiatio: nempe quod inchoat aliquis. Tum intellexeris ἀρχὴν ποιησάμενος non nisi per verborum ambitum, qui proprius Plutarchi est, ut mox demonstrabimus, dici pro ἀρξάμενος οὕτως. Itaque 394, 6: enuntiatur os aperiri neque refert quod praecedit ἐκατέρου, ut non referebat 389, 3: ταύτην. Etiamsi pro στόμα διοίγων unum verbum poni non possit, sunt tamen eiusmodi substantivi cum verbo compositiones, ut ὄπλοφορεῖν, καραδοκεῖν, οἴωνοσκοπεῖν, θεοκλυτεῖν, στασιοποεῖν, alia innumera.

Dari criminis potest enuntiationis propositum nihil aliud esse, quam quidem praedicatum; quod ita se non habere ut patefaciam, primum monendum est propositum in uno enuntiationis membro secundum grammaticam rationem denominato non haerere neque esse certam et specie immutabilem eiusdem enuntiationis partem; deinde cum praedicatum in una enuntiatione unum utique sit, propositum in plura singula vocabula et verba dispergitum esse posse; quo fieri, ut substantiva in descriptionibus subiecti vel praedicati participiorum ope constructis posita careant articulis. Nec tamen praeter hoc obliviscendum est articulum esse etiam demonstrativa vi instructum, quo fit ut saepe, ubi articulus ipse minus desideretur, tamen ponatur loco pronominis.

Soll. 42, 23. legimus: οὐκέτι γὰρ προσμαχονται τοῖς ὑποπεσοῦσι καὶ γεγονόσι ταπεινοῖς τὰς ἔξεις ὁμοίοις, quasi dictum esset οὗν τεταπεινωμένοις τὰς ἔξεις, quod tamen minus ele-

¹⁾ J. Dornseiffen, De articulo apud Graecos eiusque usu in praedictato, Amstelodami 1856. p. 19: „...ubi Stallbaumius addidit: „Nam pronomen ubi pro subiecto habendum est, substantivum autem praedicati locum obtinet, articulus omittitur““. Tota ratio quaerendi, utrum substantivum subiecti an praedicati sit, quam sit vana, nostro manifestum est loco: ἀρχὴν caret articulo, at praedicatum non est. Non quaeritur enim, num initio fecerit, id quod fecerat, sed quale fuerit id, quod exorsus esset. Qua ratione cum Dornseiffenii tota composita sit quaestio, non multum ad rem expediendam eam valere videtur.

ganter sonaret; attamen et τοῖς ταπεινοῖς eadem significazione (non eodem prorsus sensu) scribi posset.

Ut iam, quod aiunt, luce sit clarior quod dico, quamvis inhabili dicam modo, unum insuper referam exemplum omissi articuli:

Brut. 92, 2. ταῖς δὲ ἐπιδυμίαις ἐνορᾶς πον μυρίαν διαφοράν, καὶ τὴν μὲν περὶ τὴν βρῶσιν καὶ τὴν πόσιν ἄμα τῷ φυσικῷ καὶ τὸ ἀναγκαῖον ἔχουσιν. cf. Es² 111, 23: αἱ περὶ τὴν ἑδωδῆν ἀκρασίοι...

96, 23. (20: Οὕτω δὲ φαῦλοι καὶ ἀκρατεῖς περὶ τὰς εἰρημένας ἐπιδυμίας ὅντες ἔτι μᾶλλον ἐν ταῖς ἀναγκαίαις ἐλέγχονται πολὺ τῷ σωφρονεῖν ἀπολειπόμενοι τῶν θηρίων) αὗται δὲ εἰσὶν αἱ περὶ βρῶσιν καὶ πόσιν.

Priore loco dicitur aliquid aliud de cupidine edendi et potandi; secundo loco, cupido est, de qua dicitur, eaque nominatur in numero necessariarum. Tamen:

Soll. 48, 17. τούτων δὲ καὶ τοῖς αὐτοφυέσι καὶ τοῖς ἀδιδάκτοις γηρύμασι ὅσῃ μοῦσα καὶ χάρις ἐπεστιν,... secundum τοῖς delendum censeo, ut insertum a quodam, qui primi καὶ sensum¹⁾ exquirere non potuerit, ita, ut esset καὶ... καὶ²⁾.

Priusquam ad propositum redeam, quod est de participio et infinitivo substantive ap. Plut. positis, naturam eiusmodi formationis indicare placet. Non pro substantivo quovis ponitur participium vel infinitivus, sed pro subst. abstracto i. e. carente articulo (non pronomine demonstrativo!). Particip. aut infinit. articulo instructa vim habent substantivi articulo privati, ex. gr.

Soll. 52, 16. αἱ νόησιν ἀριθμοῦ καὶ δύναμιν τοῦ ἀριθμοῦ ἔχουσαι φύσεις: nimirum res est ἀριθμός, actio autem τὸ ἀριθμεῖν; pari tamen modo sunt abstracta. Τὸ λέγειν λόγος est, articulo τὸ vim habente solam substantivi, est etiam ὁ λόγος, cum τὸ insuper demonstret.

Quae ex participiis pro substantivo in Plutarchi scriptis iuvenilibus positis enotavi, sunt fere haec:

¹⁾ Qui est: etiam.

²⁾ Sed habet res cautionem: accidit, ut utrumque ex synonymorum pari proprio praeditum sit articulo, vi sc. demonstrativa; Es.¹ 109, 12—13: τὸ γάνωμα τῆς ψυχῆς καὶ τὸ φέγγος...

- Soll. 16, 19. ἀν μὴ παρῇ τὸ φρονοῦν.
- 47, 25. τῷ ἀπολήγοντι τῆς οὐρᾶς ἐμαστίγου τὰς κνήμας,...
27. πλέον ἔχουσαν τοῦ κολάζοντος τὸ φειδόμενον ὄργην...
- 58, 22—23. τῇ οὐρᾷ περιρραπίζων τὸ ἐδώδιμον καὶ ἀνακάπτων τὸ ἀποκρουόμενον. Subaudiri potest μέρος, ut saepius.
- 62, 17. κύκλῳ δὲ περιοῦσα τὸ θηρευόμενον...
- 79, 3. τὸ ζητούμενον ὑπὸ τῶν ἀρίστων φιλοσόφων ἐκεῖνο,...
- Es.¹ 107, 4—5. εἰ δὲ ἀναμένεις νεκρὸν γενέσθαι τὸ αἰσθανόμενον...
- ² 112, 1. (εἰ ἀδύνατον τὸ ἀναμάρτητον), αἰσχυνόμενοι τῷ ἀμαρτάνοντι χρησόμεδα.
- 113, 3. οὕτως ἀκοὴ νοσήσασα μουσικὴν διέφειρεν, ἀφ' ἦς τὸ θρυπτόμενον καὶ ἐκλυόμενον αἰσχρὰς ποθεῖ ψηλαφήσεις...
- 116, 15—16. εἰ μὴ πίστεως ἀξιον τὸ ἀποδεικνύμενον,...
- Infinitivus¹⁾ substantive adhibetur his locis:
- F. R. 389, 21. ...τὴν ἀνδρείαν..., ἢ πλεῖστον εἰς τὸ νικᾶν τύχης μέτεστι. i. q. εἰς νίκην.
- 395, 28—396, 1. (26: τὸ μὲν γάρ...) παραπαιδαγωγεῖν καὶ συσχηματίζειν...
- F. A.² 428, 23—26. ..., ταῖς δὲ ἄλλαις τέχναις τὸ τιμᾶν ἄνεν τοῦ ζηλοῦν ἀπεδίδον κατὰ τὸ ἔνδοξον αὐτῶν καὶ χάριεν, τῷ τέρπειν δὲ οὐκ ἦν εὐάλωτος εἰς τὸ μιμεῖσθαι. Nonne simplicius fuisset dicere: τιμὴν ἄνεν φένον ἀπεδίδον κατὰ τὸ ἀξιώμα αὐτῶν καὶ τὴν εὐφυίαν, τοῖς δὲ τέρπουσι οὐκ εὐάλωτος ἦν εἰς μίμησιν — ? Sed maluit scriptor obstruere orationem, ut res, ut ita dicam, fere oculis pervia, horreret abstractis notionibus.
- 451, 8. ὅσον ὁρᾶν καὶ συναισθάνεσθαι μόνον ἀπεῖχε τοῦ τεθνάναι.
- Soll. 16, 24—17, 1. ὅδεν ἀνάγκη πᾶσιν, οἷς τὸ αἰσθάνεσθαι, καὶ τὸ νοεῖν ὑπάρχει, εἰ τῷ νοεῖν αἰσθάνεσθαι πεφύκαμεν.
- 24, 11. γίγνεται γάρ ἡ τὸ ἀδικεῖν ἀναγκαῖον ήμῖν... ἥ... 13: τὸ ζῆν ἀδύνατον...

¹⁾ Cf. W. Christ-Schmid, G. d. Gr. L. II, 1, 299, adn. 7.

- 30, 10. καὶ ταῦτα τὸ κυνηγεῖν καλὸν πεποίκε· τὸ δὲ ἀλι-
εύειν ἀπ' οὐδενὸς ἔνδοξον.
- 32, 15. ὑπὲρ τοῦ λαθεῖν.
- 33, 9. ὑπὲρ τοῦ μὴ παραφέρεσθαι...
- 35, 18. μεταβάλλον εἰς τὸ φύειν...
22. ἐπὶ τῷ καταμανθάνειν...
- 32, 4. τῷ δὲ μὴ ψοφεῖν θαρροῦσα δηλθε. Saepe totis sen-
tentiis in participia et infinitivos adstrictis quasi per
notas seribit.
- 45, 4. σώζοντες αὐτοὺς τῷ λανθάνειν, ὅτι τῷ φεύγειν
οὐ πεποίθασιν.
- 48, 10—11. συνηγορεῖν τοῖς ἄλλοις ἐν τῷ μανθάνειν,...
13—14. ἦ καὶ πολὺς κατάγελως τὸ... καταλιπεῖν...
20. ἐπεὶ δὲ τοῦ μαθεῖν τὸ διδάξαι λογικώτερον,...
23—24. μαρτυρεῖ δὲ αὐτῷ τὸ φαντότερον ἄδειν...
- 49, 2. οὐ διὰ μισθὸν οὐδὲ πρὸς δόξαν ἀλλὰ τῷ χαίρειν
διαμελιζόμεναι.
- 50, 28. Γελοῖοι δὲ ἵσως ἐσμὲν ἐπὶ τῷ μανθάνειν τὰ ζῷα
σεμνύνοντες,...
- 52, 17. αἱ νόησιν ἀριθμοῦ καὶ δύναμιν τοῦ ἀριθμοῦ ἔχουσαι
φύσεις,...
- 63, 20. μηχανῆ χρώμενος τοῦ λανθάνειν...
22—23. τὸ μὲν γάρ... κατεσθίειν... ψεῦδός ἐστιν. 64, 1:
τὸ δὲ... δεδιέναι... ἀληθές ἐστιν.
- 65, 18. ταῦτὸν ἔχουσα τοῦ ζῆν καὶ τοῦ κινεῖσθαι πέρας.
- 69, 23. διὰ τὸ κοινὸν αὐτοῖς πολέμιον εἶναι τὸν ἀετόν.
- 72, 9. ἄχρι ἂν ἐν δυνάμει τοῦ βοηθεῖν αὐτοῖς γένηται.
- 73, 15. κρίσει τὸ φιλεῖν οὐ πάθει νέμουσα.
- 79, 3—4. τὸ ζητούμενον... ἐκεῖνο, τὸ φιλεῖν...
- Brut. 84, 17. καὶ τῷ φρονεῖν πολὺ τῶν ἀλλων ἀνθρώπων ἐδόκεις
διαφέρειν,...
- 87, 10. καὶ μετ' ἐμφανοῦς γυμνοῦ τε τοῦ θαρρεῖν...
12. ἀλλὰ φύσει φεύγοντα τὸ κρατεῖσθαι...
- 88, 11. ὅτι τὰ θηρία πρὸς τὸ θαρρεῖν εὖ πέφυκε.
- 89, 17—18. οὐ πρὸς ταῦτα θαρροῦντες, ἀλλὰ τῷ ἔτερα μᾶλλον
τούτων δεδιέναι.
- 91, 19. ...Πηνελόπην ἐννάκις ἀπολείπεσθαι τῷ σωφρονεῖν
ἥς βούλει κορώνης.

- 92, 16—17. τὸ δὲ σωφρονεῖν καὶ μᾶλλον εὐνομεῖσθαι...
σφόδρα διαφυλάττεται.
- 93, 26—94, 1. πρὸς τῷ τὸ ὄφελος καὶ προῦκα καὶ ἀπλοῦν
ἔχειν ἀμα χρέιαν τινὰ συμβάλλεται...
- 96, 22. πολὺ τῷ σωφρονεῖν ἀπολειπόμενοι τῶν θηριών.
- 99, 4. χαίρειν ἐώστα τὸν παρ' ἑτέρων διὰ μαδήσεως τοῦ φρο-
νεῖν συνερανισμόν.
6. παῖζοντες εἰς τὸ μανθάνειν καὶ μελετᾶν ἄγουστι,...
18. αἱ τε γὰρ πέρδικες ἐν τῷ προφεύγειν τοὺς νεοττοὺς
ἐδίζουσι ἀποκρύπτεσθαι...
- 100, 11. οὕτως οὐκ ἀν ἐδόκει ζῷον ἑτερον ἑτέρου τῷ φρονεῖν
ἀργότερον εἶναι...
- 20—21. ὅσον ἀνθρωπος ἀνθρώπου τῷ φρονεῖν καὶ λο-
γίζεσθαι καὶ μνημονεύειν ἀφέστηκεν.
- Es.¹ 106, 13. ὅτι γὰρ οὐκ ἔστιν ἀνθρώπῳ κατὰ φύσιν τὸ σαρκο-
φαγεῖν...
- 109, 24. τοῦ παραιρούμενου τὸ ζῆν καὶ φονεύοντος.

Hactenus de participiis et infinitivis. Sed longe magis Plutarcho usitata sunt adiectiva netrius generis, quae substantivorum vice funguntur, aequo tamen modo ac ratione atque illa usurpata:

- F. R. 384, 17. γῆς μὲν τὸ ἐμβριθὲς καὶ στάσιμον αὐτῷ συμ-
βαλομένης,...
- F. A.¹ 414, 14. οὐδένα πέπεικε αὐτῇ χρῆσθαι διὰ τὸ αὐστηρόν.
- 423, 15—18. ίδειν γοῦν ἔστιν ἐν Ἀλεξανδρῷ τὸ μὲν πολε-
μικὸν φιλάνθρωπον, τὸ δὲ πρᾶον ἀνδρῶδες, τὸ δὲ
χαριστικὸν οἰκονομικόν, τὸ δὲ θυμικὸν εὐδιάλλακτον,
τὸ δὲ ἐρωτικὸν σῶφρον, τὸ δὲ ἀνειμένον οὐκ ἀγρόν,
τὸ δὲ ἐπιπονον οὐκ ἀπαραμύθητον. Quattuordecies uno
anhelitu!
- ² 438, 21. ἐπεὶ δὲ τὰληθὲς ἔγνω βασανίσας πανταχόθεν,...
- 439, 20. θαυμάσας τὸ ἐν ἡδονῇ καὶ πόνοις καὶ χάρισιν ἀνί-
κητον.
445. 22. πρὸς δὲ Αλέξανδρον αὐτῆς τὸ δυσμενὲς γέγονε
φιλόνεικον...
- 447, 6. ἀλλ' ὅλος ἐν τοῖς κυριωτάτοις ἦν τῆς ἡγεμονίας,...
- Soll. 12, 2. καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔδοξέ μοι τὸ ὥητορικὸν ἐγεῖραι διὰ
χρόνου, ...

6. τοῦ πεφυκότος ἐν ἡμῖν ἢ μεμαθηκότος χαίρειν μάχαις ἀνδρῶν...

30, 6—9. ὡςπερ ἐνταῦθα τὰ μὲν θυμοειδῆ τὸ φιλοκίνδυνον καὶ τὸ ἀνδρεῖον ἀσκεῖ τῶν μαχομένων, τὰ δὲ πανούργα τὸ φροντιστικὸν καὶ συνετὸν τῶν ἐπιτιθεμένων, τὰ δὲ ποδώκη τὸ ῥωμαλέον καὶ φιλόπονον τῶν διωκόντων. In tot substantive positis ne unum quidem substantivum proprium! Si nihil ex lingua graeca compareret praeter sola ista, quae apposui, verba, opinarentur nonnulli indiguisse linguam graecanicam nomine substantivo.

18—19. τὸ γὰρ ἀγεννὴς καὶ ἀμήχανον ὅλως καὶ ἀπάνουργον αὐτῶν...

32, 11. καὶ γὰρ ἡ τοῦ νήματος ἀκρίβεια καὶ τῆς ὑφῆς τὸ μὴ διεχέσ μηδὲ στημονῶδες, ἀλλὰ... ἀπειργασμένον...

33, 13. οἵον ἐπιστομίζοντες αὐτῶν καὶ χαλινοῦντες τὸ φιλόφωνον καὶ λάλον...

36, 13—14. ὅν... τὸ ποικίλον καὶ περιττὸν...

42, 12—15. ἀλλ' ἐμφαίνεται καὶ τῷ φιλοστόργῳ τὸ φιλότιμον αὐτῶν καὶ τῷ γενναίῳ τὸ θυμόσοφον, ἢ τε πανουργία καὶ τὸ συνετὸν οὐκ ἀπήλλακται τοῦ θυμοειδοῦς καὶ ἀνδρώδους. Uno nomine genuino excepto reliqua sunt vicaria.

44, 3. ἄλλην δὲ πανουργίαν όμοιν μετὰ τοῦ φιλοστόργου.

46, 3. Τό γε μὲν κοινωνικὸν μετὰ τοῦ συνετοῦ τοὺς ἐλέφαντας ἀποδείκνυσθαι φησιν ὁ Ἰόβας.

49, 3. τὸ καλὸν ἀγαπᾶν μᾶλλον ἢ τὸ χρεῶδες τῆς φωνῆς.

27. ἄσκησις ὡς ἔοικε καὶ ἀναχώρησις εἰς ἑαυτὸν τοῦ μιμητικοῦ...

56, 27. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔστω τοῦ μὴ παντάπασιν ἐκφύλον μηδὲ ἀσυμπαθοῦς... δείγματα...

57, 2. τῆς δ' ἀκράτου καὶ φυσικῆς συνέσεως μέγα δήλωμα τὸ κοινόν ἐστιν.

22. ὅπως μὴ... ἐκταράττῃ τὸ ὑποπτον αὐτῶν.

58, 22. τῇ οὐρᾷ περιρραπίζων τὸ ἐδώδιμον...

59, 15. ἄλλα δ' ἐπιδείκνυται μετὰ τοῦ συνετοῦ τὸ κοινωνικὸν καὶ τὸ φιλάλληλον...

60, 11. πολλὰ... τῶν ἐνάλων... μηδὲν ἀπολειπόμενα τῷ κοινωνικῷ καὶ συνετῷ τοῦ σοφωτάτου τῶν χερσαίων.

- 63, 16. ὁ τεκμαίρεται τὸ πγενματικὸν αὐτοῦ καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὰς μεταβολὰς εὗτρε πτον.
- 65, 3. (1: ἡ Θάλασσα) πιέζει καὶ οὐκ ἀνίστησι τὸ φρικῶδες.
- 70, 11. τῶν ποτίμων ίδάτων τὴν πραότητα καὶ τὸ ἄσαλον διώκοντες.
13. καὶ τὸ ἄθηρον ἄμα ταῖς λίμναις ἔνεστι καὶ τοῖς ποταμοῖς. Totam sententiam in unum substantivum τὸ ἄθηρον coarctavit.
- 71, 25. τοῦ δὲ γαλεοῦ τὸ φιλόστορογον...
- 74, 9—11. ποίας γὰρ ἀηδόνας ἄξιον τῷ φιλομούσῳ τῆς ἀλκυόνιος ἢ τῷ φιλοτέκνῳ χελιδόνας ἢ τῷ φιλάνδρῳ πελειάδας ἢ τῷ τεχνικῷ παραβάλλειν μελίττας;
24. οὐ διὰ τὸ ἀκόλαστον.
- 75, 4. τῷ δὲ φιλοτέκνῳ καὶ πεφροντικότι¹⁾ τῆς σωτηρίας τῶν γεννωμένων...
- 14—15. μηδὲν ἄλλο τοῦ φιλοπόνου καὶ φιλοτέχνου συνεργόν, ...
- 77, 4. οὐδὲν ἔναλον τὸ παράπαν.
- 78, 11—12. εἰκὸς μὲν οὖν ἦν καὶ τὸ φιλόμουσον ἀγαπᾶν τοῦ Θηρίου τὸν θεόν.
17. ἄλλὰ μᾶλλον ἔοικε τὸ φιλάνθρωπον αὐτοῦ θεοφιλές εἶναι.
- Brut. 87, 14. ἐγκαρτερεῖ καὶ διαφυλάττει τὸ ἀγήττητον.
17. ἡ ἀλκὴ μετὰ τοῦ θυμοειδοῦς...
- 88, 10. ὥσπερ ἀπογυναίκωσιν τοῦ θυμοειδοῦς.
- 92, 3. (ἐπιθυμίαν) ἄμα τῷ φυσικῷ καὶ τὸ ἀναγκαῖον ἔχουσαν.
- Es.¹ 104, 15. τὸ φυτάλμιον καὶ εὔκαρπον τῶν ἡμερωτάτων καὶ βιωφελεστάτων καρπῶν, ...
- 105, 18. οὐ πανουργίᾳ ψυχῆς, οὐ τὸ καθάριον ἐν διαίτῃ καὶ περιττὸν ἐν συνέσει...
- 106, 19. τρέψαι καὶ κατεργάσασθαι δυνατὴ τὸ βαρὺ καὶ κρεῶδες.
- 107, 6. τί παρὰ φύσιν ἐσθίεις τὸ ἐμψυχον;

¹⁾ H. R. Grundmann, Quid in elocutione Arriani Herodoto debeat, diss. Berol. 1884, p. 86: „Participia enim perfecti apud Arrianum nonnunquam certam notionem assumpserunt, qua prorsus ad vim adiectivorum pervenerunt,...“; idem valet ad Plutarchum; de perfecti usu ap. Plut. v. infra.

11. ἵνα ἡ γεῦσις ἐξαπατηθεῖσα προσδέξηται τὰλλότριον.
16. οὕτως ἐν τῷ μιαφόνῳ τρυφῶμεν.
- 110, 17—18. τὸ γάρ ἐν ἡμῖν ἄλογον καὶ ἄτακτον καὶ βίαιον...
- ² 111, 19—112, 1. εἰ ἀδύνατον νὴ Δία διὰ τὴν συνηθείαν τὸ ἀναμάρτητον, ...
22. ἐξέπεσεν εἰς τὰ ἄρρητα.
23. αἱ περὶ τὴν ἑδωδὴν ἀκρασίαι τὸ φυσικὸν παρελθοῦσαι.
- 115, 20. καὶ νευσάμενον οὕτω καὶ προμελετῆσαν ἐν ἔκείνοις τὸ φονικὸν ἐπὶ βοῦν ἐργάτην ἥλθε...
- 116, 4—6. καὶ τὸ νῦν λογικὸν αὐδίς γίγνεται ἄλογον καὶ πάλιν ἥμερον τὸ νῦν ἄγριον, ...
- 16—17. εὐλαβείας γε μεγάλης καὶ δέους (sc. ἄξιον) τὸ ἀμφίβολον.
- 118, 13. τὸ δ' ἀνήμερον τῆς πολυτελείας καὶ φονικὸν οὐ παραιτοῦται.
17. τὸ μὴ χρήσιμον μηδὲ ἀναγκαῖον ἐν ἥδονῇ πανταχόδεν ἐξελαύνοντες.

Attici, cum proprie oporteret adiungi nomine attributum congruens in genere, casu, numero, vicario substantivo ex adiectivo facto, genuinum nomen genitivo ponebant casu; ap. nostr.:

Soll. 11, 16. οὕτως ἔδιγέ μου πυκνὰ καὶ πιθανὰ τῶν ἐπιχειρημάτων ἐπάγων ὁ λόγος.

39, 26—40, 1. παραρρυεὶς γάρ ἀνδρωπος εἰς τὸν νεῶν τοῦ Ἀσκληπιοῦ τὰ εὔογκα τῶν ἀργύρων καὶ χρυσῶν ἔλαβεν ἀναδημάτων...

68, 21—22. χαίρει τὰ λεπτὰ τῶν ἐνισχομένων τοῖς ὅδοῦσι σαρκῶν ἐκλέγοντος... τῷ ῥάμφει...

Es.¹ 109, 2. τῶν χαλκωμάτων τὰ λεπτὰ τοὺς ψόφους ἐν κύκλῳ διαδίωσιν, ...

² 118, 16. οὐδὲ γάρ πρὸς τὸ μύρον... οὐδὲ πρὸς τὰ ξενικὰ τῶν ἥδυσμάτων.

F. A.² 437, 3. εἰς τοσοῦτον ὑπεροψίας ἔφθασε καὶ θρασύτηος, quod nos dicemus εἰς τοσαύτην ὑπεροψίαν. Minime accendentibus tamen pronominibus ad amussin reliquarum partium orationis, quod prima specie figuris adnumerandum videtur, ratione proprie insita pronominibus fieri id necesse est concedamus.

Nec minus Atticarum erat elegantiarum ponere adiectivum genere neutro in praedicato, cuiusvis esset generis subiectum, neglecta syntaxi congruentiae:

- F. R. 383, 8—9. κατηγορεῖται δ' Ἀρητὴ μὲν ὡς καλὸν μὲν ἀνωφέλεσ δέ, Τύχη δ' ὡς ἀβέβαιον μὲν ἀγαθόν δέ·
 11—13. τίς οὖν οὐχὶ λέξει... ἢ λυσιτελέστατον Ἀρετήν... ἢ βέβαιότατον εὔτυχίαν, ...
 387, 1. (386, 24: Τῆς δὲ Τύχης... Δρασὺ τὸ φρόνημα) καὶ μεγάλαν χον ἢ ἐλπίς.
 395, 19. ἀρχὴ μὲν δὴ μέγιστον ἐν παντί, ...
 Soll. 65, 13. ἀλλὰ τῆς γεράνου σοφὸν ἢ τοῦ λέοντος περίδραξις, ...
 76, 7. οὐδεὶς δ' ἥσσον ἀξιοθαύμαστόν ἐστιν ἢ τε συμμετρία τό τε σχῆμα...
 Brut. 97, 8—12. ὁ δ' ἄνθρωπος... μόνος γέγονε τῶν ὄντων παμφάγον.
 Es.¹ 109, 17. Χωρὶς δὲ τούτων ὁ πρὸς φιλανθρωπίαν ἐδισμὸς οὐδοκεῖ θαυμαστὸν εἶναι;
² 111, 17—18. ἢ γε γαστὴρ οὐ μιαιφόνον ἐστὶν ἀλλὰ μιαινόμενον ἀπὸ τῆς ἀκρασίας.

Restat, ut consimile genus conformatioonis commemorem, quod fit, cum subicitur articulo genetivus vel praepositio cum nomine suo quasi unum substantivum efficiens, idque duabus de causis, aut ob subrogandam in locum enuntiationis secundariae coarctationem paucorum verborum logica quam grammatica constructorum ratione, aut studio circumlocutionis i. e. unius vocabuli per ambitum verborum enuntiandi. Afferemus locos annotatis aut ellipsoes aut periphraeos¹⁾ vocabulis:

- Aqu. 1, 11—12. ἀλλὰ τὸ μὲν τῶν μαρτύρων ἔκατέροις ἵστον· aut per ellipsim potest verti, ut in Duebneri translatione²⁾: „ceterum testium in utramque partem aequalia sunt momenta“, aut, si τὸ τῶν μαρτύρων per anfractum pro simplici nomine *οἱ μάρτυρες* dictum acceperis, possis etiam interpretari: testes quidem utriusque pari numero parti. Non ego quidem negaverim esse quidem quandam

¹⁾ W. Schmid, D. Att. 4, 612 der periphrastische Ausdruck mit Artikel u. Genetiv.

²⁾ 2, p. 1170, 9—10.

coloris varietatem inter vocabulum simplex et periphrasi descriptum¹⁾, tamen me non fugit nulla prorsus aut admodum exigua esse vi vocabulum „momentum“, quo adhibito studuerat interpres colorem conformatio[n]is reddere.

Soll. 33, 14. *τῶν δὲ γεράνων καὶ τὸ περὶ τὴν πτῆσιν εὐδοκμένι per.* Patet etiam in verbo finito conformatio²⁾. Vernacula lingua dixeris: żurawi także i ciąg jest sławni, aut: także historya z ciągiem żurawi jest sławnia. Erant iam quidem et in linguis antiquis certa nomina, vaga vi, non ita per se ponenda ac valentia, quam auxiliaria, ut ἀνήρ, πρᾶγμα, χρῆμα (lat. ex. gr. res); multo frequentiora sunt tamen in linguis recentioribus; quibus quidem vocabulis ad auxilium vocatis, aut certe subaudiendis, perficitur circumlocutio. Itaque in proposito est, si altius in rem inspexeris, confundi re vera ellipsis cum periphrasi; quod etiam exemplo sit, quam inania sint plura rhetorica „figurarum“ discrimina.

37, 23. *οὐ δοκῶ μοι παρῆσται δι' ὁμοιότητα τὸ τῆς ἀλώπεκος. ell.*

42, 9. *Οὐκ ἀγνοῶ δ' ὅτι τὸ τῶν παραδειγμάτων ὑπὸ φανεῖται τι ποικίλον, per.*

46, 23. *οὐχ ἥττον δὲ κοινωνικὰ τὰ τῶν λεόντων.* Pura circumlocutio! Nam utrum vertas: „quod ad leones spectat, nihil minus societatis iungendae inest studii“, an: „nec minus leones societatem sui appetunt“³⁾, nihil re quidem differt, colore autem eatenus, ut τὰ τῶν λεόντων putida videatur et inlevida loquacitas sophistae, *οἱ λέοντες* autem, si ita scriptum esset, sensum mire simplicem⁴⁾ et sanae quietem menti valde acceptum redderent.

¹⁾ Etenim sola sonorum diversitas diverso sensus percipientes imbuit colore, quamvis res immutato argumento eadem remaneat, sensibus tamen, inquam, diverse affectis.

²⁾ Εὐδοκμένι proprio de personis dicitur.

³⁾ Duebnerus 2, 1190, 7—8: „Neque minus societatem colunt leones“.

⁴⁾ In declamationibus (F. R. F. A. Gl. Ath. Es.) periphrases cum τὸ nōn inveniuntur, tantum vero in „dissertationibus“ in formam artificiosi dialogi I.) redactis et ementito eruditionis fuco illitis. „Aquane“ quae perquam est consideratione digna dissertatione numeros suos, ut iam dixi, non accepit.

I.) C. Kahle, De Plutarchi ratione dialogorum componendorum, diss. Göttingen, 1912.

- 61, 18. οὐκ ἄξιόν ἔστι τὸ τῆς σηπίας παρελθεῖν. ell.
 65, 15. καὶ πόσῳ σοφώτερον τὸ τοῦ δελφῖνος, ... ell.
 70, 20. τὸ δὲ τοῦ ἀνθίου θαυμασιώτατόν ἔστιν, ... ell.
 79, 7. ὅν τὰ μὲν Ἀρίονος οὐδεὶς ἀγνοεῖ. ell.
 81, 18. Ἄλλ' ίμιν γε πάλαι τὸ τοῦ Σοφοκλέους δεδογμένον
 ἔστιν. ell.
 Brut. 86, 15. ταῦτὸν γάρ ἔστι τῷ περὶ τῆς χώρας, ὡς ἀμείνων
 ητις ἄνευ... ell.
 91, 2—3. σὺ δὲ σπεύδεις ἀκοῦσαι τὸ περὶ τῆς σωφρο-
 σύνης, ... ell.
 96, 25—26. ὑμεῖς δὲ τὴν ἥδονὴν μᾶλλον ἢ τὸ κατὰ φύσιν
 τῆς τροφῆς διώκοντες... per.

Postremo, antequam de prosopopoeia per dialogum efficta ageatur, etiam de abstractis nominibus¹⁾ nonnulla disputanda sunt. Vere enim rhetorica figura nunc in scaenam prodit, forsitan eo magis mirabunda, quod in recentiores linguas talis conformatio aut nequaquam eadit aut perraro²⁾), unde periculum redundat, ne nimis ineptus in hoc Plutarchus nobis videatur³⁾). Itaque nomen abstractum iam per se ipsum conformatio est cuivis linguae usitata; altior quasi conformatio gradus est, cum 1) nomen abstractum ponitur numero plurali (quoniam ex abstracto singulari numero posito surgit concretum plurale per conformatioem); 2) nomen abstractum attributi loco positum habet genetivum substantivi concreti⁴⁾), cum rectius esset abstractum pro attributo subiungere substantivo concreto; 3) concreti cum abstracto copulatio. Quod vero ipse perspexisti, nisi categoriarum laboras morbo, coalescunt magna ex parte tria ista genera inter se vicissim, fuissetque magis subtiliter quam rectius actum certos et separatos inscribere locis titulos. Quare potius censui eo, quo excerpti, ordine testimonia proferre, tum demum disquisitione ad obrussam trium istorum generum transacta notam apponere, quae genus, sive genera, conformatio designaret. Aliter

¹⁾ Christ-Schmid, H. L. G.⁶: „...Neubildungen, besonders auf dem Gebiet der abstracten Substantive, die, von der Sophistik in Schwung gebracht...“

²⁾ E. et J.'de Goncourt, Madame Gervaise p. 11: tirant par la main l'ennui trainard de son enfant.

³⁾ Iuvenem fuisse nugatorem primi nominis nisi totus libellus hic ostendit, spem auctoris fecellit.

⁴⁾ O. Ribbeck, Geschichte der röm. Dichtung 3, 32.

necessere esset exemplis pluribus sub inscriptionibus saepius repetitis, lectori stomachum movere:

F. R. 396, 13. οῖα δέ φασι τὰς ἀλκυόνων λοχείας παραδεξα-
μένην τὴν Δάλατταν... 1. 2. parturientes alcyones¹⁾; et
plurali numero augetur conformatio et conversione.

404, 25—405, 1. φελλοὺς πλατεῖς ὑποστερνισάμενος καὶ τὸ
σῶμα τῇ κονφότητι τοῦ ὁ χήματος παραδέμενος...
2. i. e. corpore vehiculi levitati commisso, seu: corpore
levi vehiculo commisso; et conversionem habes, et con-
formatam imaginem in παραδέμενος²⁾.

F. A.¹ 411, 8—10. Καὶ μὴν τὰ μὲν αὐτῆς τῆς στρατείας χειμῶνες,
αὐχμοί, βάθη ποταμῶν, ἄορνα ὕψη, θηρίων ὑπερ-
φυεῖς ὄψεις, ἄγροι δίαιται, μεταβολὰ δυναστῶν, παλιμ-
προδοσίαι. 1. 2. θηρ. v. ὅ. bestiae enormi specie³⁾; et
abstractum plurali positum est numero, et conversio
abstracti cum concreto, quam sub 2. commemoravi, ad-
hibita est. At ὄψεις, ut latine species, concretorum fere
vice fungebantur; quam ob rem et ὄψεις plurali nu-
mero usu veniunt apud scriptores rhetoricae minime stu-
dentes. Concedo — verum enimvero positae absolute i. e.
sine genitivo attributivo nominis concreti.

417, 11. ...γάμοις σώφροσι καὶ κοινωνίαις παίδων τὰ γένη
συνάπτοντες. Per liberos communes amborum generum⁴⁾.

² 443, 14. βάθεσι χιόνων κατακεχυσμένα ἔθνη... si vernacula
lingua interpretatus essem „głębiami śniegów zasypane
ludy“, carmina loqui me putare posses; in lingua grae-
canica deest ipsum metrum.

445, 26—446, 1. ἡ τίνας οὐκ ὠχύρωσε τῶν πολεμίων πλή-
θεσιν ὄπλων ἡ βάθεσι ποταμῶν ἡ τραχύτησι
κρημνῶν ἡ θηρίων ἀλκαῖς ἀλλοφύλων; 1. 2. Vo-
cabulum πλήθη fere concreti vim habet, plurali numero
in τραχύτησι et ἀλκαῖς liberius usus est Plutarchus.

Gl. Ath. 446, 4. νῆσοι καὶ ἥπειροι, καὶ ναοὶ χιλιοτάλαντοι καὶ δήμοι
ἀποικισμοὶ μυρίανδροι, 1. 2. 3. Ne ἀποκία quidem,

¹⁾ λοχεύω, λοχεία proprie de personis resp. feminis usurpatur.

²⁾ παρατίθεμαι est depositum alicuius fidei servandum tradere.

³⁾ Duebnerus 1, 402, 2: ferarum conspectus naturam excedentium...

⁴⁾ Duebnerus 1, 404, 48: prolis communione gentes uniendo.

adeo ἀποικισμός, si formae grammaticae ratio habenda est, rem, sed actionem significat; sed ἀποικίας quidem inveteratus est ut concreti vocabuli usus; actio exprimebatur voce ἀποικιστι, verum ἀποικισμός et recens (Arist.) erat vox et primo ad actionem solam designandam adhibebatur. Atqui ponitur haud raro pro ἀποικίᾳ apud posteriores, ut in universum senio tabescente sermone abstracta vicem concretorum obtinuerunt. Certe, sed quid μυρίανδροι? Non conformatio haec, non conversio, non abstractum plurale, non abstracti cum concreto (*νῆσοι, ἥπεροι, ναιοὶ*) copulatio, non ebrius denique ululatus et vacillans temulentia, non vino madens sed... sudore?

Soll. 30, 23—24. μνῆμαι καὶ πάθη καὶ τέκνων ἐπιμέλειαι... καὶ μνησικακίαι... 1.

35, 6—7. αἱ τε τῶν δυσφόρων... διαβρώσεις καὶ διαιρέσεις... 1.

8. τὰς δὲ τῶν κυημάτων διαδέσεις καὶ διαψύξεις... 1.

38, 25. οὐ τὰς μὲν ἐν ἄγραις ἐγκρατείας καὶ πειθαρχίας καὶ ἀγχινοίας γελοῖος ἔσομαι λέγων... 1.

55, 10. τῶν δὲ πλείστων κατακαλύπτει γενέσεις τε καὶ φυλακὰς... 1. Usitata omnia.

70, 7—8. περὶ τὰς γενέσεις καὶ τεκνώσεις, 1. Non adeo actionem ut actum exprimunt.

74, 13. τὰ μὲν γάρ Λητοῦς γονᾶς μίαν ἑδρασθεῖσαν ὑποδέξασθαι νῆστον ιστοροῦσι. Refero, ut videas, quas vices peragant vocabulorum significationes: γονή foetus, prolem significat, γονάι partum et prolem, nec refert hic, quod Lato geminos peperit liberos; de partu Latonae dieitur et adhibetur pluralis non festive, sed secundum consuetudinem. Ipsa tamen vox, ut in prosa oratione, paululum elatior.

Brut. 97, 17. σφαγαῖς ζῷων μετερχόμενος. 1. Sic iam antiquitus.

99, 8. η διάνοια... ἀναλαμβάνει τὰς μαθήσεις. 1. i. e. eas, quae discendi actione in mentem inculcantur, disciplinas, vel, ut respondeat ad τὸ μανθάνειν (v. 6), mens... patet disciplinis percipiendis¹⁾; exacto iudicio μαθήσεις non idem sunt ac μαθήματα.

¹⁾ Duebnerus 2, 1214, 4: „horum intelligentia... assequitur illius artificii facultatem“.

- 100, 14—15. ἐννόησον δ' ὅτι τὰς ἐνίων ἀβελτεριας καὶ βλακείας ἐλέγχουσιν ἔτέρων πανουργίαι καὶ δριμύτητες... 1.
- Es.¹ 106, 16. οὐ γρυπότης χείλους, οὐκ ὁξύτης ὄνυχος, οὐ τραχύτης ὁδόντος... 2.
- 19—23. ἀλλ' αὐτόδεν ἡ φύσις τῇ λειότητι τῶν ὁδόντων καὶ τῇ σμικρότητι τοῦ στόματος καὶ τῇ μαλακότητι τῆς γλώσσης καὶ τῇ πρὸς πέψιν ἀμβλύτητι τοῦ πνεύματος ἐξόμνυται τὴν σαρκοφαγίαν. 2.
- 107, 23—24. δεινὰς βαρύτητας ἐμποιεῖ καὶ νοσώδεις ἀπεψίας. 1. Non ita rara.
- 108, 9—10. ...αι κρεοφαγίαι... 1.
17. τοὺς γὰρ Βοιωτὸν ἡμᾶς οἱ Ἀττικοὶ... ἀναισθήτους... μάλιστα διὰ τὰς ἀδηφαγίας προσαγορεύουσιν. 1.
- 110, 15. καὶ τὰ Τιτάνων... τολμήματα... κολάσεις τε τούτων καὶ κεραυνώσεις... 1.
- ² 112, 23. αἱ περὶ τὴν ἑδωδὴν ἀκρασίαι... 1.
- 113, 4—5. αἰσχρὰς ποθεῖ ψηλαφήσεις καὶ γυναικώδεις γαργαλισμούς. 1.
11. οὔτως ἔπονται παρανόμοις τραπέζαις¹⁾ συνονσίαι τοιαῦται, ἀφροδισίοις αἰσχροῖς ἀκροάσεις ἀμουσοι,... 1.
16. τὰ θυρώματα τῶν οἰκιῶν καὶ τὰς ἐρέψεις,... 1. Pro ὄρόφοντι vel -άς²⁾.
- 115, 6. αἱ ἄπυροι δίαιται. 1. d. primitus abstractum est, tum potest esse etiam concretum.

Abstractorum et concretorum copulatio inter rhetoricas figuras fere nominatur. Afferam pauca, certe non tam clara quam Ovidianum illud „vela fidemque“, sed tamen quibus idem studium³⁾ prodatur:

F. R. 385, 9—10. φθόρον καὶ πλάνης καὶ ναναγίων μεστὰ πάντα, ...

¹⁾ Mensa pro epulis in utraque lingua metonymiae vim amisit.

²⁾ Cf. ad hunc locum Steph. Thes. l. gr. t. III. col. 2007 C.

³⁾ Abst. c. concr. cop. saepè zeugmatis ad sensum genus est, de quo zeugmate infra.

21. ἐδραν ἔσχε τὰ μέγιστα καὶ ἀσφάλειαν, ... ἐ. sedes proprie est, sed interdum stabilitatem denotat rei colloctatae.

389, 11. ἥδη τότε λόγων καὶ σοφισμάτων καὶ στωμυλίας παρειςρνείσης εἰς τὴν πόλιν...

392, 4. ταῖς ἑκείνων ἀριστείαις καὶ νίκαις καὶ στόλοις καὶ πολέμοις καὶ στρατοπέδοις.

401, 27. οὐ χερσὶν ἀνθρώπων οὐδὲ ὄρμαῖς προχωροῦσαν ἡγεμονίαν, ...

F. A. 447, 27—448, 1. δεινὴν... διὰ φόνου καὶ σιδήρου καὶ πυρὸς ἀνάγκην ἀμύνης, ... Aut omnia possunt abstractorum loco haberi, aut omnia concretorum, aut denique σιδήρου καὶ πυρὸς concretorum, φόνου abstracti.

Gl. Ath. 466, 4. νῆσοι καὶ ἥπειροι, καὶ ναοὶ χιλιοτάλαντοι καὶ δήμων ἀποικισμοὶ μυρίανδροι,

Soll. 13, 11. ἐφ' ἡδονῇ καὶ ὄψι φίασπῶντες...

14, 12. σὺν οἴνῳ καὶ παρὰ πότον...

39, 14—15. ἐξέδραμε μετὰ φωνῆς καὶ θυμοῦ.

43, 11. ὡς οὐ κρεῶν χάριν ἀλλὰ νίκης καὶ φιλονεικίας ἀγωνιζόμενοι.

Brut. 91, 26. καὶ ρῷ δὲ καὶ μετριότητι κοσμοῦσα τὰς ἀναγκαίας (sc. ἐπιθυμίας).

Es.¹ 104, 3. οὐκ αἰδεῖσθε τοὺς ἡμέρους καρποὺς αἷματι καὶ φόνῳ μηγύοντες; φ. in poesi saepe dicitur de sanguine¹).

107, 2. ἀνελε δήγματι βοῦν ἢ στόματι σῦν, ... Dum isocolo et homoiotelento studet, tautologiam usurpat; et δήγματι (abstr.) et στόματι (concr.) posita sunt pro ὀδοῦσι.

Postliminio tandem ad prosopopoeiam in dialogo²) perveni. Iam apud Sophoclem producitur Fortuna personata³); qualem autem

¹⁾ Steph. Thes. l. gr. VIII, 1000, C. in.

²⁾ Qua de materia, quae inspexi, vel perlegi, sunt fere haec: R. Hirzel, Der Dialog, Leipz. 1895; O. Hense, Poëtische Personification in Griech. Dichtungen, Halle 1868; idem, Beselende Personification in Griech. Dichtung, Schwerin 1877; Radford in dissertatione laudata; Kuehlbrandt item; de allegoriae usu ap. Plut. Bern. 7, praef. IX; cf. etiam Seidelii dissertationem: Vestigia diatribae, qualia reperiuntur in aliquot Plutarchi scriptis moralibus, Berol. 1906.

³⁾ Kuehlbrandt p. 9.

apud alios auctores adierit favorem, cf. Radford¹⁾. Iudiciale contentione instituta vivae personae inter se de praestantia sive de mutuis iniuriis certabant. Plutarchus praecipue declamationem de Fortuna Al. in eiusmodi contentionis Fortunae cum Virtute formam rededit. Itaque non exutiam, quae passim per totum vagantur libellum, cum et nimis iam sint decantata et in aliis vestigiis diatribae, minus adhuc perspectis, describendis ea sim enarraturus. Ex. gr. de Virtute duos apponam locos:

F. A.² 446, 19. Ἀλεξάνδρῳ δ' ἐπέταττε μὲν ἡ Ἀρετὴ³⁾ τὸν βασιλικὸν καὶ θεῖον ἀδλον,...
452, 22. ἡ δ' Ἀρετὴ παρῆν, Θάρσος... ἐμποιοῦσα.

Tota fere contentio per compellationes fit et responsa, quae cum etiam in aliis Plutarchi scriptis iuvenilibus, ubi contentio iudicialis non adhibetur, inveniantur, excitant quaestionem cuinam generi scribendi recte tribuantur? Quae Seidelius diatribes³⁾ vestigia appellavit, ego, cum rhetoricum magis premere colorem propositum habeam, malo ethopoeiae adnumerare; simul certis diatribae vestigiis addenda etiam alia censeo, quae diatribes non erant, aut, si erant, tamen non sophisticen profitentium erant propria. Vereor tamen, ne falsae insimuler opinionis, quasi Plutarchum iuvenili aetate cynicae favissem sectae opiner. Sophistam quidem fuisse Plutarchum affirmare ausim, cynicum nequaquam. Nimirum popularis erat diatribe, quasi litteratoria quaedam via ac ratio docendi, ut nunc in formam epistularum aut conversationum varia rediguntur enchiridia⁴⁾. Singulariter autem studebant ei Cynici, quippe qui profanum non odissent vulgus, immo divitibus oblatrantes, angiportorum tribuni et vulgaris signiferi doctrinae, quo possent a vulgo optime intellegi modo, morale suum ac sociale componere sibi adnitendum putarent evangelium. Ideo ethopoeia, qua nihil aptius ad delectationem audi-

¹⁾ pp. 5. 30. 40. G. Siefert, De aliquot Plutarchi Scriptorum Moralium compositione atque indole, diss. Lips. 1896, p. 115—118.

²⁾ Quare hic Ἀρετὴ minuscula seribatur apud Duebnerum (1, 418, 52) et Bernadacen, non assequor; Virtus opponitur hic Eurystheo: cf. v. 15: ἀλλ' ἐκείνῳ (sc. Ἡρακλεῖ) μὲν εἰς ἀνὴρ ὑβριστὴς ἐπέταττε λέοντας αἱρεῖν...; nec locus sequens, qui maiusculam exhibit, magis manifestam continet conformatiōnēm.

³⁾ W. Christ-Schmid, II, 1, 381, adn. 10.

⁴⁾ T. Sinko, O t. zw. diatribie cyniczno-stoickiej. Eos XXI (1916), p. 21—63.

toris erat, qua modice adhibita iam *σπουδογέλαστον* parabatur, iam modulata voce et gestibus verba, quae proferebantur, comitantibus et illustrantibus, paene minus¹⁾ ridendo castigans mores efficiebatur, ea inquam ethopoeia nonnullis visa est viris doctis inter diatribes vestigia numeranda. Sed Plutarchus primores Romae sibi captabat. Quo pacto igitur cynicis assignandus? Certe populari studebat aurae; etenim illis, illis — insisto — temporibus Seneca illud protulit: homo sum (noverat comicos); non poterant iam vere esse graves illius aetatis philosophi, specie tantum *σεμνοί*, re vera nimis humani²⁾. Intercuti morbo laborabat saeculum. Nolo Plutarchum denigrare, sed nemo, quamvis magnus sit, pervadit saeculum impune, ut non inficiatur aetatis suae vitiis. Boeotius³⁾ quidem erat et vir bonus — popularitatem non detestabatur. Itaque neque ethopoeiam repudiabat, non tamquam cynicus, sed tamquam popularis, non Diogenis utique zelo accensus, sed circulorum et recitationum frequentator, saeculi aequare gestiens fastigium, perpetuo recens et intactus situ. Propter quae ego Plutarchum si compellem sophistam, mussandum non putaverim. At a cynicis toto caelo eum distare quis est qui scriptis eius perfectis non pro certo habeat? Ergo quae apud eum „diatribes“ vestigia offendimus, non magis diatribes sunt, quam ethopoeiae oratoriae, quod vocabulum et maiorem numerum complectitur vestigiorum et a suspicione longe abest, quasi Plutarchi studium in verba cynicae sectae iurandi indiceat. Ethopoeiae vocabulum eo magis mihi placet, quo magis universae scribentis voluntatis rationem habet, colorem totius orationis prodit, quo scripscerit auctor consilio, quo animo, quo etiam affectu ostendit, de moribus, ingenio, cogitationum indole eius conisciendi facultatem praebet; omnino vivae mentis imaginem in oratione vivis sententiis animata depictam deprehendere permittit. Figura sterile est verbum scholasticum, dissecat sermonem velut corpus emortuum, pura est deductio. Ethopoeiae investigatio inducit, venas adtrectat orationis, pulsum percontatur; ne plura, psychologica progreditur ratione.

Iam antiqui artium scriptores noverant rationem, quae inter figuratas et ethopoeiam intercedit et hoc discriben ita Alexander Nu-

¹⁾ Ut nostra quae dicuntur popinaria soliloquia ac carmina, eo tantum discriminare, quod nullis fere philosophiae salibus nostra coniduntur.

²⁾ Luciani Symposion.

³⁾ Es.¹ 108, 15—17.

menii definivit¹⁾: σχῆμα ἔστι ματαβολὴ εἰς ήδονὴν ἐξάγουσα τὴν ἀκοήν. οὐ πάντοτε δὲ μεταβάλλεται· καὶ γὰρ καὶ ἡ θικεύεται καὶ ἐμφατικώτερον ποιεῖ τὸν λόγον. Vitiosa ista definitio, nam et angustior est et latior debito, cum dividat figuras in metaphoram, ethopoeiam et emphasisin, tamen eo digna, quae commemoretur, quod morale elementum inducit in siccitatem doctrinae oratoriae. Ceterum et alii technici multi erant in ethopoeia describenda; quantopere ἡθος in Plutarchea rhetorica valeret, enarravit Jeuckensius²⁾, locis qui ad ἡθος dicentis sive scribentis pertinerent, ex omnibus Plutarchi scriptis non incuriose collectis. Nos et alioqui morem imprimis scribentis respicientes, de rhetoricis Plutarchi artificiis disseruimus et nunc οἰμώζειν categoriis λέγοντες, ita ethopoeiam percensemus, ut salva diligentia in praebenda materia cognoscendis Plutarchei sermonis proprietatibus idonea, etiam rhetoricalum colorem sermonis ac stili, et sophisticum iuvenis Plutarchi ingenium, largiore in universum adumbrata imagine, accuratius singulis insistentes, de pingamus.

Ut tandem denique compellationem perlustremus, per secundam personam prorsus adloquitur aut 1) dialogi ficti personam (in oratione continua, nam earum libellorum partium, quae in modum dialogi Platonici conscriptae sunt, rationem non habuimus, cum perscribendae fuissent totae paginae), aut 2) audientes sive lectores, instantiae causa, quod est insigne genus in diatriba:

*F. A.¹ 411, 25. τοῖς τρισμυρίοις, οἴοισθ' ἄν, πεζοῖς καὶ τετρακισμυρίοις ἵππεῦσι πιστεύσας. 2. Ironice.

413, 15. ²439, 5. Soll. 14, 10. εἰ βούλει. 1. 2. Ceterum formula est urbanitatis.

442, 16. βούλει μαθεῖν, πῶς βασιλεύοντιν ἀνθρωποι διὰ Τύχην; 2.

²445, 7. Εὗγ', ὁ Τύχη, τὸν Ἀλέξανδρον αὔξεις καὶ μέγαν ποιεῖς. 1.

Gl. Ath. 466, 20. τῶν δ' ἄλλων ἑκάστης ἄν πύθη τί τῇ πόλει γέγονεν... 2.

¹⁾ Spengelius III. 44.

²⁾ E. Jeuckens, Plutarch von Chaeronea und die Rhetorik, diss. Argentor. XII. 4. Strassburg 1908.

* οἴοισθ' ἄν ex coniectura pro οἴεσθαι; v. conjectanea.

- Brut.** 98, 1. Εἰεν· ἀλλ’ ὄψοις χρῆσθε τούτοις ἐφηδύνοντες τὴν τροφήν· 1. 2.
 19. ἂν γὰρ εἴπῃς, ὅπερ ἀληθές ἔστι, ... 1. 2.
 22. ἢν εἰ μὴ λόγον οἶεσθε δεῖν, μηδὲ φρόνησιν καλεῖν, 1. 2.
Es.¹ 106, 23. εἰ δὲ λέγεις πεφυκέναι σεαντὸν ἐπὶ τοιαύτην ἐδωδήν, ... 1. 2.
 107, 4. εἰ δ’ ἀναμένεις νεκρὸν γενέσθαι τὸ αἰσθανόμενον,
 καὶ δυζωπεῖ σε παροῦσα ψυχὴ ἀπολαύειν τῆς σαρκός,
 τί παρὰ φύσιν ἐσθίεις τὸ ἐμψυχον; 1. 2.
² 113, 19—20. εἰδὼς ὅτι... οὐκ εἰσοίσεις... οὐδὲ τολμήσεις. 1. 2.
 114, 14. σὺ μὲν καταγελᾶς τοῦ τὸ πρόβατον μὴ ἐσθίοντος·
 1. 2. Per totum libellum, qui est continua declamatio,
 lectorem sec. pers. instanter, ut in diatriba, adloquitur,
 velut si eum sibi tamquam carnivorum adversarium quen-
 dam obloqui praesentem oculis cernat et auribus audiat.
 117, 3. ἑκένον δεινόν φήσετε πάντες. 2.
 4. σκόπει δὲ καὶ τὴν ἐν τῇ τραγῳδίᾳ Μερόπην... 1. 2. cf.
 F. A.¹ 413, 16: Καὶ πρῶτον τὸ παραδοξώτατον, εἰ βούλει,
 σκόπει,... 2. Gl. Ath. 470, 6: σκόπει δὲ σοφιστικὴν
 μικροφροσύνην. 2. Es.² 114, 9: σκόπει δ’ ἡμᾶς πότεροι
 βέλτιον ἔξημεροῦσι... 1. 2.
 117, 17. ἀλλὰ καὶ τούτων ἀποτρέπεσθε...

Instantiam denotat sane et *dativus* qui dicitur *ethicus*¹⁾, qui sub 2. numerandus est, ex gr.:

Es.² 115, 11. οὗτοι τοι καὶ οἱ τυραννοῦντες ἄρχοντι μαιφονίας.

Etiam in dialogo, cum necessarius non sit et aliquatenus ab-
 undet, pro ethico haberri potest, ni tantum τοι tibi ηὔκενται:

Soll. 11, 10. μὴ... ἐπάρῃ τοῦ μετρίου πέρα τοὺς φιλοδήρους ἡμῖν
 νεανίσκους,

Brut. 86, 18. ΟΔ. "Ἐστω σοι καὶ τοῦδ' οὗτως.

89, 9. τί οὖν ἔτι σοι λέγω τὰς Καρίνας ἢ Μαιονίδας;

91, 18. ὥστε σοι τὴν καλὴν Πηνελόπην ἐννάκις ἀπολείπεσθαι
 ἢς βούλει κορώνης.

¹⁾ Dat. eth. in vulgari sermone frequentissimum fuisse etiam ex vernacula cognoveris.

Dubito de:

Gl. Ath. 455, 13. (7: ἀνελε τὴν περικλέους πολιτειαν)... καὶ Θουκυδῆς σοι διαγέγραπται.

Nam in universum dativus (imprimis dat. pronom.) c. perf. pass. verbi finiti non plane idem est, atque ὑπό c. gen., quidquid dicant grammatici.

Aliud ethopoeiae genus est interrogatio, quae secundum grammaticos antiquos σαφήνειαν et εὐκρίνειαν orationi impertit, ex quibus constat καθαρότης. Interrogatio variat ac reficit orationem, erigit curiositatem audientium, acuit attentionem:

1. Per sec. pers. instituitur interrogatio ex. gr. (1 a. cum facta persona; 1 b. cum lectore colloquitur):

F. A.² 443, 20. ποῦ σὺ καὶ πότε ταῖς Ἀλεξάνδρου πράξεσιν ὄδὸν ἔδωκας; Percontatur a Fortuna declamator.

Es.¹ 107, 6. τί παρὰ φύσιν ἐσθίεις τὸ ἐμψυχον; interrogatur fictus adversarius.

2. aut saepius: a. in neminem dirigitur interrogatio, b. utique neminem certum (*τίς*), ut dicitur, oratorie, quod genus locos numero 2 a, b. apposito designare libet (3 pers. sing. et plur.).

3. Nonnunquam semet ipsum interpellat percontando auctor; quae tamen exempla potius ad dispositionem oratoriam spectant, ut ex. gr.:

Aqu. 3, 6. καὶ τί μικρολογοῦματ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἐπερχόμενος φύσιν; (1 pers. sing. rarius plur.).

4. Ipse quaestionem cum audientibus lectoribusve communicat (1. pers. plur.). Reliquos locos, ordine, quem in lectione Plutarchi servavi, tradere iam incipio:

F. R. 389, 3. Ἀρ' οὖν... τις ἐπάγοιτο μάρτυρας...; 2 b.

391, 23—392, 1. Τί δέ; ὁ τούτου... νίός, ... οὐκ αὐτὸς... εὗξατο τοῖς θεοῖς...; 2 a.

393, 2. εὐθὺς γοῦν τίς οὐκ ἀν εἴποι c. acc. c. inf. 2 b.

401, 25. acc. c. inf. ...τίς οὐκ ἀν όμολογήσειεν; 2 b.

403, 23. Τί δ' οὐχὶ καὶ περὶ τὰς μεγίστας συμφορὰς ὥρῶν τὴν πόλιν ἡ Τύχη; 2 a.

406, 15. Τίς γὰρ οὐκ ἀν... ἐκπλαγείη... c. part.; 2 b.

407, 16. Ἀλλὰ τί δεῖ περὶ ταύτα διατρίβειν, ἀ...; 2 a. (proprae 3., tamen non nominat se expresse).

- F. A.¹ 412, 8. Ἀβουλος οὖν καὶ προπετής Ἀλέξανδρος... c. part...;
οὐ μὲν οὖν. 2 a.
10. τίς γὰρ ἀπὸ μειζόνων... ἀφορμῶν ἀνήγετο...; 2 b.
- 413, 10. πόδεν οὖν ἐπιστεύθησαν ἔκεινοι φιλοσοφεῖν; ἀφ' ὧν... 2 a.
- 419, 20. τίς οὐκ ἀν εἴποι c. acc. c. inf. 2 b.
- 420, 16. ταῦτ' οὐκ ἔστι διανοίας φιλοσάφου...; 2 a.
18. πῶς γὰρ αὐτὸν οἴει τοῖς ἰδίοις ἀγάλλεσθαι τραύμασι...; 1 b.
- 423, 1. Εἰεν· ai δὴ πράξεις αὐτοῦ πότερον...; 2 a.
19. τίς ἔμιξε πολέμοις ἑορτάς; τίς δὲ... (subaud. idem verb. fin.); τίς δὲ (item)...; 21: τίς (sc. ἔστι)...; 22: τίς... (item)... 2 b.
- 424, 15. εἰ γὰρ ταῦτ' οὐκ ἔστι φιλοσόφως, τίν' ἔστιν ἄλλα; 2 a.
25. τὸ δὲ δοῦναι, οὕ; 2 a.
- 25—27. ἡ οὐχ ὁμοίως... δοκοῦμεν c. acc. c. inf. 4.
- 425, 3. τοῦτο ποσάκις Ἀλέξανδρος εἶπε...; 2 a.
- ² 428, 2—4. τίς ἀν οὗν παρὰ τοιούτοις βασιλεῦσιν αὔξησις ἡ τιμὴ... γένοιτο; 2 a.
- 431, 17. ἔστι δὲ στις ἀν ιδών ύπελαβε c. acc. c. inf...; 2 b.
(19: οὐδεὶς ἀν οἷμαι).
19. τί δὲ τὸν κεραυνοφόρον; 20: τί δὲ τὸν...; 2 a.
- 21—27. εἰτ' ἀνδριάντος μὲν... ἀνδρα δὲ...; 2 a.
- 433, 10. τί οὖν; ἐάσωμεν τὴν Τύχην c. inf...; 4.
13. τί γὰρ αὐτῷ πλέον ἔδωκεν...; 2 a.
- 14—15. ὅπλων, ἵππων, βελῶν, χρημάτων, δορυφόρων; 2 a.
- 434, 20. ἐγὼ δὲ τοῦτ' εἰπεῖν πρὸς τὴν τότε Τύχην οὐκ ὀκνήσω,, τί σου τὸ μέγεθος, τίς δὲ ἡ δόξα, ποῦ δὲ ἡ δύναμις,
ποῦ δὲ τὸ ἀνίκητον, ἀν... 1 a.
- 435, 5. τίς μέγας...; 2 b. (sc. ἔστι).
24. Ἀριδαῖον δὲ τίς ἀν ἐποίησε μέγαν, ὃν...; 2 b.
- 442, 4. σκοπῷ τί τὸ Τύχης ἔργον ἐν ἔκεινοις γέγονε, δι' ὃ... 2 a.
6. πῶς γὰρ οὐχὶ τὸν ἄτρωτον, ὃ Ζεῦ, τὸν... τὸν... 2 a.
10. ἡ κολακευθεὶς ἀνῆρ... ώς...; 2 a. (ad 6, 10: subaudiantur verba finita ex praecedenti sententia).
11. ἐπὶ θύρας αὐτῷ τὸ διάδημα... ἥλθεν, ὥσπερ... 16...; 2 a.
16. βούλει μαθεῖν πῶς βασιλεύουσιν ἀνδρῶποι διὰ Τύχην; 1 b.

- 443, 10. Ἀλεξάνδρῳ δὲ τί παρ' ἀξίαν, τί ἀνιδρωτί, τί ἀναιμωτί,
τί προΐκα, τί μὴ πονήσαντι τῶν μεγάλων; (sc. ἐγένετο) 2 a.
- 20—25. (18: εἰ γὰρ ἦν ὡς πρὸς ἄνδρωπον ἀγαγεῖν Παρρη-
σίαν ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου πρὸς τὴν Τύχην, οὐκ ἀν εἶπε (sc.
ἢ Παρρησία) „ποῦ σὺ καὶ πότε... ἔδωκας; ποίαν
πέτραν... διὰ σὲ εἶλε; ποίαν πόλιν... παρέδωκας ἢ
ποίαν... φάλαγγα; τίς εὑρέθη βασιλεὺς...; 1 a.
- 445, 23. ποίους γὰρ Τυφῶνας... οὐκ ἀνέστησεν...; 25: ἢ τί-
νας οὐκ ὠχύρωσε...; 2 a.
- 446, 2—9. εἰ δὲ μὴ... οὐκ ἀν ἔκαμε καὶ ἀπηγόρευσε c. part... 2 a.
12. τίς γὰρ ἀν... ἔξεμόχθησεν...; 2 b.
- 448, 11. Τίνες οὖν ἥσαν αἱ ἐλπίδες, ἐφ' αἰτί...; 2 b.
- 449, 3. ἀρ' οὐκ ἀν εἴποιμεν c. acc. c. inf...; 4.
- 450, 19. τίνι ἀν τις εἰκάστειν ἢ πυρὶ...; 2 a.
- 452, 5—6. τῆς δὲ νῦν ἔξεταζομένης Τύχης οὗν τὸ ἔργον; 2 a.
- 453, 5. τίς οὖν οὐκ ἀν εἴποι... ὅτι 2 b...; 9—12...;
- Gl. Ath. 460, 20. ἀρ οὐκ ἀν ἐδόκει πᾶσαν ὑπερβάλλειν ἀναίδειαν,
ὅπου...; 2 a.
- 463, 7—11. τύ οὖν αἱ καλαὶ τραγῳδίαι... ὄντησιν ἥνεγκαν...; 2 a.
18. Βούλεσθε τοὺς ἄνδρας εἰςάγωμεν...; 1 b. 4.
- 469, 10. πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλεν ἄνδρωπος... φοβεῖσθαι...; 2 a.
- 470, 7—9. ἀλλὰ νὴ Δία... ἀξιόν ἔστι c. acc. c. inf... 2 a.
- 9: τὸν...; 11: τὸν...; 2 a.
- Aqu. 1, 18. Ἄρ' οὖν οὐ χρησιμώτερον ἐκεῖνο, οὐ... 2 a.
- 3, 22. καὶ τί δὲ καταριθμεῖσθαι με καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον...; 3.
- 5, 17. πῶς οὖν οὐ χρησιμώτερον ὑδωρ στοιχείῳ περιττεῦον;
(sc. ἐστὶ). 2 a.
19. Ἡ πρὸς τούναντίον ἀν τις ἐντεῦθεν ἔχων λέγοι; 2 a.
- 7, 3. πῶς τοίνυν δυεῖν οὐκ ὠφελιμώτερον, δ...; 2 a.
- 9, 12. ἐπεὶ τί λόγου χρησιμώτερον...; 2 a.
- 13—15. τί οὖν; διὰ τοῦτο ἥττον ὠφέλιμον...; 2 a.
17. τί τέχνης τῷ βίῳ λυσιτελέστερον; 2 a.
- 10, 2. εἰ τοίνυν... πῶς οὐκ ἀν εἴη πάντων ὠφελιμώτατον; 2 a.
4. Καὶ μήν, οὖ..., οὐκ ἀν εἴη λυσιτελέστατον; 2 a.
5. οὐχ ὁρᾶς οὖν, ὡς... 13...; 1 b.
- Soll. 14, 20. ΑΥΤ. Τίς δέ, ὁ φίλε Σώκλαρε, τοῦτ' ἡξιώσεν...; 2 b.
(initium orationis continuae).
- 21, 11. καίτοι διὰ τί δένδρον δένδρου οὐ λέγομεν ἀμα-
δέστερον, ...; 4.

- 14—19. ἡ καθάπερ... 16: οὗτως...; 2 a.
 30, 14. καὶ τί θαυμαστόν, ὅπου...; 2 a.
 68, 8. Καὶ τί ἀν τις ἐν τούτοις κοινωνίᾳν θαυμάσειεν ὅπου...; 2 a.
 69, 20. ἀρ' οὖν ἄξιόν ἔστι c. acc. e. inf...; 2 a.
 74, 8. ποίας γὰρ ἀηδόνας ἄξιον c. inf...; 2 a.
 11. τίνος δὲ γενέσεις... ὁ θεὸς οὗτως ἐτίμησε; 2 b.
 Brut. 89, 8—9. τί οὖν ἔτι σοι λέγω τὰς Καρίνας ἢ Μαιονίδας, 1 b. 3. (continuatur oratio inde ab 86, 26. usque ad 90, 23).
 90, 19. πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον c. acc. e. inf... 2 a.
 98, 1. τί οὖν c. part. 1 a, b. Si particeps dialogi per novem paginas uno spiritu continenter respondet, soliloquium edit.
 14. παρὰ τίνος γὰρ ἡμεῖς ἐμάθομεν... c. inf...; 2 b.
 15. τίς δὲ τὰς χελώνας ἐδίδαξε... c. inf...; 2 b.
 Es.¹ 101, 4—5. ἐγὼ δὲ θαυμάζω καὶ τίνι πάθει καὶ ποίᾳ ψυχῇ ἢ λόγῳ ὁ πρῶτος ἀνθρωπος... 2 a.
 10. πῶς ἡ ὄψις ὑπέμεινε... 12: πῶς ἡ ὄσφρησις ἥνεγκε... πῶς τὴν γεῦσιν οὐκ... v. f. 2 a.
 102, 13—14. οἶον βίου λαχόντες αἰῶνα καρποῦσθε...; 1 b. (15: ὅσα τρυγάται; ὅσον πλοῦτον..., ὅσας... ἡδονὰς δρέπεσθαι πάρεστιν; 2 a.).
 103, 18. ὑμᾶς δὲ τὸν νῦν τίς λύσσα καὶ τίς οἰστρος ἄγει...; 1 a, b.
 20. τι καταψεύδεσθε...; 21: τι... ἀσεβεῖτε...; 1 a, b.
 104, 2. οὐκ αἰδεῖσθε... μηγνύοντες; 1 a, b.
 107, 6. (εἰ δὲ ἀναμένεις)..., τί παρὰ φύσιν ἐσθίεις τὸ ἔμφυχον; 1 a, b.
 108, 5—9. οὐ γάρ,... προεκινδύνευσεν ὁ φιλόσοφος...; 2 a.
 109, 16—17. Χωρὶς δὲ τούτων ὁ πρὸς φιλανθρωπίαν ἐθισμὸς οὐ δοκεῖ θαυμαστὸν εἶναι; 2 a.
 17. τίς γὰρ ἀν ἀδικήσειεν...; 2 a.
² 114, 3. Ποῖον οὖν οὐ πολυτελές δεῖπνον, εἰς ὃ οὐ... 2 a.
 4. μικρὸν ἀνάλωμα ἡγούμεθα ψυχήν; 4.
 115, 8. Τίνεις οὖν ὑστερον τοῦτο ἔγνωσαν; 2 b.
 116, 22. τί βέλτιον... c. inf...; 2 a.
 117, 13. πότερον ἀδίκημα μεῖζον,... c. inf...; 2 a.
 21. τί γὰρ εἰ...; c. v. f...; 2 a.

22—118, 2. ἵσος γε, ὁ θεοί, καὶ ὅμοιος ὁ κίνδυνος ἔχει,
ἄν... ἄν... 2a.

118, 4. τις γὰρ ὁ πολὺς τόνος εἰς...; 2a., 5—8: τι... ἐσπου-
δάκασι; 2a.

Si interrogatio reficit tantum orationem, exclamatio et obsecratio¹⁾ ultro incitant; difficilis per ista est incessus et admodum lubrica via, instatque periculum, ne ad Diogenis prolabare vociferationem. Magis erat in his κύων Plutarchus quam rhetor. Sed aliud est cynicam profiteri doctrinam, aliud ineptiis cum ineptissimis sodalitium iungere in vulgi procacis favore appetendo. Minime Plut. cynicorum erat sodalis per doctrinam, quod excusabilius esset; gestu erat cynicus, remissis frenis, iuvenili impetu et asperae frementisque „ad maiora“ vehementiae. Manus attollere, turbare capillos, scindere vestimenta aequo cynicum ac iuvenile et litteratorum homunculorum. Non ignoro Platonis scriptorum imitari voluisse in sermone vivacitatem, verum et iuvenis erat et Boeotius:

F. R. 392, 15. πολλάκις σχολαζόντων εἰς παιδιὰν σφαίρας ἡ κύβων
ἡ νὴ Δία θρημάτων ἀμίλλης,...

Gl. Ath. 464, 23. καὶ νὴ Δία οἱ τρυπάρχοι τοῖς ἑλαύνουσιν ἀλφίτα
παρασκευάζοντες,...

468, 1. Ἄλλὰ νὴ Δία παιδιὰ τὰ τῶν ποιητῶν.

470, 7—8. ἀλλὰ νὴ Δία τοὺς Δημοσθένους τοῦ ρήτορος
λόγους ἄξιόν ἐστι... Ironice.

Aqu. 2, 1. καὶ νὴ Δία φίλος ὁ πάσης ὥρας καὶ παντὸς καιροῦ
παρὸν ἔτομος;

Soll. 30, 15. σῦν μὲν καὶ ἔλαφον καὶ νὴ Δία δορκάδα καὶ λαγών...

Brut. 82, 10. ΟΔ. "Οτι νὴ Δία καλὴν ἄν μοι δοκῶ...

Es.¹ 104, 10. ἀποκτινύομεν, ἣ νὴ Δία καὶ κάλλους ἔνεκα...

19. ἡ νὴ Δία τὴν γῆν ταύτην ἀποβλέψας...

105, 4. ἐπὶ βοηθείᾳ κινδύνων, ἡ νὴ Δία ἐλέγχω...

10. ἢ δεῖ τρέψαι καὶ μεταβαλεῖν ἡ νὴ Δία πραῦναι...

² 111, 19. οὐ μὲν ἀλλ' εἰ καὶ ἀδύνατον νὴ Δία διὰ τὴν συνή-
δειαν τὸ ἀναμάρτητον,...

114, 22. εἰ μὴ νὴ Δία ἐκείνων καθαρμός ἐστι τὸ περὶ τούτων
διαλέγεσθαι...

¹⁾ Kühlein, De vi et usu precandi formularum; Car. Ansfeld, De Graecorum precatiobibus quaestiones. Lips. 1903.

Praeter 111, 19 particula obsecrationis νὴ Δία, semper post coniunctiones (octies post monosyllabum, ter praecedente coniunctione ex duabus formata syllabis) ponitur; ut puto, per catachresin, sola vi affirmativa.

- F. A.¹ 413, 26. ὡς Σαυμαστῆς φιλοσοφίας, δι' ἦν Ἰνδοὶ...¹⁾.
 423, 7. οὐ γάρ ἔστιν εἰπεῖν διακρίναντά με μὰ τοὺς Θεούς,
 ὅτι...
 2431, 16. Ἀλλὰ φέρε, πρὸς Θεῶν ἐκτελεσθῆναι καὶ φανῆναι
 τοιοῦτον ἔργον·
 Soll. 17, 23. φόβων καὶ ναι μὰ Δία φθόνων καὶ ζηλοτυπιῶν·
 66, 3—4. πρότερον δέ, ναι μὰ Δία, τὴν ὀπτικήν, (sc. ἀκουσον).
 74, 5. Ἀλλ' οἶον, ὡς φίλε Πόσειδον, ὀλίγου πάδος ὡς
 ἄτοπον πέπονθα...
 Brut. 83, 13. KIP. Οὐχ οὕτω γένεται, μὰ τὴν Ἔκάτην·
 90, 24. ΟΔ. Παπαί, ὡς Γρύλλε, δεινός μοι δοκεῖς γεγονέναι
 σοφιστής, ... (i. W. 1087 B I. 893).
 93, 17. οὐδὲν ἀν μὰ Δίτης ηδιον ἦ... cf. F. A.¹ 416, 22: ἐγὼ
 δ' οὐδὲ τούτου μὰ Δία τοῦ Θεάματος ζηλῶ τοὺς ιδόν-
 τας, ...
 Es.¹ 106, 3. ὡς τῆς ὡμότητος δεινὸν μέν ἔστι καὶ...
 108, 5. ...προκυδούνειν· “καλόν, ὡς Ζεῦ, κύδονον·
 2112, 11. ...ἀναδεύσαντες, ὡς Ζεῦ καθάρσιε, φάγωσι...
 117, 22. ισος γε, ὡς Θεοί, καὶ ὅμοιος ὁ κίνδυνος ἔχει, ...

Quod de Plutarchi iactantiore gestu dixi, plane intellegi poterit, cum et verba affectuum, quibus et quam supra modum usus sit, exposuero. Quae cum Plutarchi studium non minus sophisticum illud quidem (nempe necopinata atque inedita proferendi) produnt, tum nihilo minus et id demonstrant, quod nunc nobis cordi est, affectatam et parum naturalem orationem:

- F. R. 393, 8. εὐτυχίας Σαυμαστῆς. Gl. Ath. 462, 25. Σαυμαστὸν ἀ-
 τῆς. κρόαμα καὶ θέαμα.
 395, 25—26. εὐτυχία... Σαυμαστῆς. 470, 16. ...λόγοι τοῦτον ἔχουσι
 μαστῆς. Σαυμαστόν, ὅτι...

¹⁾ ὡς sec. indicem Wytt. octies in Moralibus contra unicum locum traditum ex Vitis habes.

- 398, 17—18. *Tὴν δὲ Τύχην καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον ἔ-
δαυμασαν βασιλεῖς ώς πρωτόπολιν...* Soll. 17, 21. *Δαυμαστὸν ὅτι δὴ παρορῶσιν...*
- 406, 15. *τίς γὰρ οὐκ ἄν... Δαυμάσειεν...* (24): *ώς...* 21, 20. *'Αλλὰ Δαυμαστὸν ὅσον ἄνθρωπος... διαφέρει...*
- F. A.¹ 413, 26. *ῳ Δαυμαστῆς φίλοσοφίας.* 30, 14. *καὶ τί Δαυμαστόν, ὅπου...*
- 414, 1. *Δαυμάζομεν τὴν Καρνεάδον δύναμιν, εἰ...* 32, 9—10. *τὰ... ἔργα... οὐ καθ' ἐν ἄν τις Δαυμάσειε...*
5. *Δαυμάζομεν τὴν διάδεσιν Ζήνωνος, εἰ...* 33, 3. *ἐΔαυμασα πῶς νοεῖ καὶ συνίησιν...*
- 415, 12. *ἡ πολὺ Δαυμάζομένη πολιτεία...* 26. *ῷστε μὴ πάνυ Δαυμάζειν τοῦ Ἡρακλέους, εἰ..*
- 417, 26. *τὴν μὲν αὐτόχρουν χλαμύδα Δαυμάζειν,* 36, 10—11. *οἱ μὲν οὖν ἄλλοι Δαυμάζουσι τοῦ ἐλέφαντος, ὅσα ε. ind.*
- 418, 12. *ἔγκαλοῦσιν, οὐχὶ Δαυμάζουσι τὴν σοφίαν.* 37, 16. *ἄλλα τε Δαυμάσια καὶ τὰ περὶ... ιστοροῦσι.*
16. *Ἀρίστιππον Δαυμάζουσι, ὅτι...* 43, 16. *ὸν·οὐχ ἥκιστα Δαυμασθῆναι λέγουσιν ὁρέως τέχνῃ περιγενόμενον.*
- 421, 14. *σοφοὺς ἄνδρας Δαυμάζειν...* 49, 8. *Δαυμαστόν τι χρῆμα πολυφόνου... κίττης ἔτρεφε...*
- ² 427, 25. *Δαυμάζόντων δὲ τῶν ἄλλων καὶ κροτούντων,...* 20. *τοῖς οὖν πρότερον αὐτῆς Δαυμάζουσι τὴν φωνήν,...*
- 432, 7. *κέρατα Δαυμαστὰ τῷ μεγέθει...* 21. *Δαῦμα μεῖζον ἡ σιωπὴ παρεῖχε, ...*
- 439, 19—20. *Δαυμάσας τὸ ἐν ἡδονῇ... ἀνίκητον.* 50, 23. *Δαυμασάντων abs.*
- 64, 12—13. *ὅς ἐΔαύμαζε καὶ γεράνων... πτῆσιν.* Brut. 86, 10. *ἐπαινῷ δὲ καὶ Δαυμάζω τὴν ἐκείνων (χώραν).*

- 69, 9. *Kai tί ἀν τις ἐν τούτοις τὴν κοινωνίαν θαυμάσειεν, ὅπου...*
11. ὁ κροκόδειλος θαυμαστὸν ἑαυτὸν ἐπιδείκνυται...
- 70, 20. τὸ δὲ τοῦ ἀνδίου θαυμασιώτατόν ἐστιν, ...
- 72, 9—10. θαυμαστὴ δὲ καὶ ἡ τῆς χελώνης... ἐπιμέλεια...
20. ὁ δὲ τούτου θαυμασιώτερόν ἐστιν, ...
- 76, 7. οὐδενὸς δ' ἡσσον ἀξιοθαύμαστόν ἐστιν ἡ...
- 91, 9. οὐ θαυμαστὸν μὲν οὖν ἔστιν, εἰ...
- 98, 25. ἀμείνονα καὶ θαυμασιωτέραν... δύναμιν.
- 99, 26. θαυμάζω τοὺς λόγους ἐκείνους...
- Es.¹ 101, 4. ἐγὼ δὲ θαυμάζω καὶ τίνι πάθει... ἥψατο.
- 103, 10. τί θαυμαστόν, εἰ... ἐχρησάμεθα...
- 104, 14. μὴ τοῦτο θαυμάζοι τοῦ φερομένου, ...
- 109, 17. ὁ πρὸς φιλανθρωπίαν ἐθισμὸς οὐ δοκεῖ θαυμαστὸν εἶναι;

- Soll. 23, 21. ὁ μὴ λέγων c. acc. c. inf... ἄτοπος ἐστι.
- 74, 6. ὀλίγον πάθος ὡς ἄτοπον πέπονθα...
- Brut. 85, 7. μεστὸς ἄτοπων καὶ διαλελωβημένων παντάπασι δοξῶν.
- 90, 19. πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον αἰτιᾶσθαι μὲν ὑμᾶς τὴν φύσιν.

Soll. 60, 7. ιστορία... ἔκτοπός ἐστι δεινῶς καὶ ἀλλοδαπή...

Es.¹ 101, 19. τὸ δέ γε δεῖπνον ἀληθῶς τερατῶδες, ...

F. A.¹ 413, 15. καὶ πρώτον τὸ παραδοξότατον... σκόπει, ...

- Es. 106, 3. δεινὸν μέν ἐστι καὶ τιθεμένην ἰδεῖν τράπεζαν...
6. δεινότερον δ' ἀποκαμξομένην.
- 107, 23. δεινὰς βαρύτητας ἐμποιεῖ...

² 117, 3. ἐκεῖνο δεινὸν φήσετε πάντες.

F. A.¹ 416, 22. ἐγὼ δ' οὐδὲ τούτου... τοῦ θεάματος ζηλῶ τοὺς ἰδόντας.

422, 11. ἐζήλουν ἀν τὴν Διογένους εὐτέλειαν.

13. Ἡρακλέα μιμοῦμαι καὶ Περσέα ζηλῶ.

- F. R. 391, 20. τὸ δὲ τοῦτων ἀπιστότερον, φυγὴν...
- Soll. 75, 16. χαλεπόν ἐστι πεισθῆναι μὴ καταμαδόντας ὅψει...
- Es.² 115, 4. περὶ ὧν Ἡρόδοτος ιστορῶν ἀπιστεῖται.
- 116, 15. εἰ μὴ πίστεως ἄξιον τὸ ἀποδεικνύνενον, ...
- F. R. 406, 15. τίς οὐκ ἄν... ἐκπλαγείη καὶ θαυμάσειεν, ...
- F. A.¹ 417, 28. τούτοις δ' ἐκπεπληρῶν χθαῖ (cf. 26: θαυμάζειν).
- F. A.² 452, 16. ἔσχατον δὲ τῷν δεινῷν ὁ μὲν...
- F. R. 399, 18. τὸ τῆς ἵξεντρίας, εἰ καὶ γελοῖον, ἀλλ' ἔχον...
- Soll. 38, 26. γελοῖος ἔσομαι λέγων πρὸς ὑμᾶς τοὺς ὄρῳντας.
- 48, 13. ἦ καὶ πολὺς κατάγελως¹⁾ τὸ πρὸς ταῦτα καταλιπεῖν ἐκείνοις συγκρισιν.
- 50, 27. Γελοῖοι δ' ἵσως ἐσμὲν ἐπὶ τῷ μανδάνειν τὰ ζῷα σεμνύνοντες.
- 53, 1. Λίβυες δ' Αἰγυπτίων καταγελῶσι μυδολογούντων...
- 74, 6. ὀλίγου πάθος ὡς ἄτογον πέπονθα καὶ καταγέλαστον, ...
- 76, 22. καταγελᾶν τῶν ἐρωτημάτων ἐκείνων, ...
- Brut. 83, 19. ΟΔ. Τί μον καταγελᾶς, ὥ μακαρία;
- 91, 16. τὴν δὲ Πηνελόπης σωφροσύνην μυρίαι κορῶναι

¹⁾ Non fuit contentus risisse, nisi et derisisset, immo etiam multum derisset. Tamen saepius admiratur, quam ridet. Si de meo iudicio quaeris, mallem rideret, quamvis inepit effuseque, rictu ad aures dehiscente, potius quam totiens vasto oris stuperet hiatu. Attamen, si mecum reputo de temporibus illis, quibus Horatianum illud „nil admirari“ occupabat cultiora ingenia I.) velut tessera quaedam elegantiae, scio et ipse: hominibus animi cultura nimis, ut sibi videntur, delicatis atque emunctis accidere, ut subditio et sponte dicam an inscienter simulato affectu exsultent, in maius omnia accipiant, in maximum celebrent, et, dum enthei esse volunt, subridiculi evadant. Iam saeculum hoc fert secum, quod metris solutis carmina efferimus, in versibus autem humillimis aridam Musam exercemus. Saepe audivi dicentes „incredibile auditu“, quibus aut pauca aut nihil fere inauditum fuisse, vidi carentes commovendi se facultate, cum perversis oculis voluptuosa murmurarent voce „mirifice“. Dum haec, inquam, mecum revolvo, certior fio et Plut., quamquam Boeotium illum quidem, utique graeculum, aut consulto simulavisse aut nisi falsos sentire non potuisse affectus, sed ut sophistam, ut lepidum, ut εὐφυῆ.

I.) Cicero.

Soll. 60, 7. *ιστορία...* ἔκτοπός
έστι δεινῶς καὶ ἀλ-
λοδαπή...

Es. 114, 14. σὺ μὲν καταγε-
λᾶς τοῦ τὸ πρόβατον
μὴ ἐσθίοντος.

19. ἀλλ' ἡμεῖς γε... Θεα-
σάμενοι... μὴ τι γελά-
σω μεν;

A. F.¹ 412, 23. (19: ἀν δέ τις
φῆ...) ...καταφρονοῦ-
μεν.

Brut. 84, 16. σοῦ πάντες ἡμεῖς
καταφρονοῦμεν...

85, 19. ἐφ' αὗτοῦ ὁρῶμεν ὑμᾶς
μέγα φρονοῦντας...

87, 1. ἐφ' ᾧ σὺ φρονεῖς
μέγα καὶ οὐκ ἐγκα-
λύπτῃ...

κρώξουσαι γέλωτα θή-
σονται...

F. A.¹ 409, 4. ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου
δυσχεραίνοντος καὶ
ἀγανακτοῦντος, εἰ
προΐκα δόξει...

417, 27. ...τὸν δὲ περιπόρφυρον
χιτῶνα δυσχεράνειν· ἦ
πάλιν ἐκεῖνα μὲν ἀτιμά-
ζειν...

F. A.¹ 418, 18—19. Ἀλεξάνδρῳ δ'
ἐγκαλοῦσιν, ὅτι...

² 436, 14. φ μέθη τινὲς ἐγ-
καλοῦσι καὶ οἴνωσιν.

Soll. 27, 22. τοῖς δ' ἀπὸ σκύμνων...
ἐλεεινῶς ἀγομένοις.

Es.² 113, 20. οὐδὲ τολμήσεις
εἰς οἰκίαν λιτὴν ἀργυ-
ρᾶς εἰσενεγκεῖν τραπέ-
ζας. (19—20: οὐκ εἰς-
οίσεις). Quare tam indi-
gnabundus: τολμήσεις?
Nonne minus cynice
esset: ἀξιώσεις?

Brut. 84, 9. οἰκτείρω μὲν ἄπαν-
τας οὕτως ἔχοντας,...

F. A.¹ 422, 12. νῦν δὲ σύγγνωσι,
Διόγενες,...

Soll. 50, 27. ὥστε πάντας ἀνθρώ-
πους... συμπαθεῖς γε-
νέσθαι.

Vulgaris ista omnia esse sermonis indicia hoc credo demon-
strari posse modo, si inveniemus ea in Epicteti dissertationibus,
quae egregium nobis cynici stili exemplum praebent. Iterum tamen
moneo, ne cynica tantum putes, quae ap. Epict. occurrant, sed popu-
laria et ad captandum vulgi favorem idonea. Constat sophistam esse,
qui temporum et hominum eorumque iudiciorum in arte sua exer-
cenda rationem habeat. Plut. iuvenis cynice loquebatur, quia hoc
populare erat, non quod cynicus esset:

*νὴ Δία· quinquies decies; post καὶ octies, ἀλλὰ bis¹⁾, πολὺ bis,
ἢ semel, ὅτι sem., II 12₂₀ τὸ αὐτοῖς νὴ Δία τούτοις...*
ὧ c. genet. et adiect. novies.

μὰ Δία· sem.

ῳ Ζεῦ· bis.

*Δαυμάζω· quinquaages sexies; Δαυμαστός· duodecadies;
Δαυμασμός sem.*

ἄτοπος· octies.

παράδοξος· ter decies.

ἄπιστος· quater; ἀπιστέω ter;

ἐκπλήσσω· ter.

δεινός· vicies.

*ζηλῶ· sem. **

*γελοῖος· octies; γέλως· bis; γελῶ· quinquies; καταγελῶ· vicies
quinquies; κατάγελως· bis.*

καταφρονέω· vicies semel; μέγα φρονέω· sexies.

τολμάω· decies.

*δυσχεραίνω· bis; ἀγανακτέω· undetricies; ἀτιμάζω· septies; ἐγ-
καλέω· quadragies.*

ἐλεεινός· sem.; οἰκτείρω· sem.**

συγγιγνώσκω· quater; συγγνώμη· sem.; συμπαθῆσαι τινι· sem.

Illustratur etiam exaggeratio rhetorica, ad quam ab exclama-
tionibus decucurri, crebro adhibito vocabulo *μυρίοι* = sescenti, ut
eui quoque affectati sermonis insit color:

F. R. 396, 10. *μυρίων πόνων...* Gl. Ath. 469, 21—22. *μυρίους... πο-*
λέμους...

398, 6. *μυρίων sc. πολέμων...* Soll. 22, 16. *μυρία... παραδείγματα...*

400, 3. *μυρίαι... τιμαὶ...* 24, 16. *ἀνεξενρέτονς ἀριθμῷ*
μυριάδας, ...

408, 11. *μυρίοις... πολέμοις.* 54, 1. *ἀλλὰ δὴ μυρίων μυριάκις*

F. A.¹ 411, 3. *μυρίοις ...βέλεστι...* εἰπεῖν παρόντων, ἢ προ-
δείκνυσι...

414, 19. *μυριάδες ἀνθρώ-* Brut. 83, 6. *μυρίων... κακῶν...*
πων...

415, 9. *μυρία γένη...* 91, 15. *μυρίαι κορῶναι...*

¹⁾ In indice Schenkelii errore operarum impressum est I 17₅ pro I 17₁₅
p. 467 s. v. *Ζεύς*.

* voc. poet. vel litteratioris orationis.

- ²431, 5. πόλιν... μυρίανδρον... 92, 1. μυρίαν διαφοράν,...
 cf. 448, 12—13: πόλεων Es.¹ 107, 10. ἡδύσμαστι μυρίοις...
 μυριάνδρων... Gl. Ath.
 466, 4: ναοὶ χιλιοτά- Apud Epictetum:
 λαντοι καὶ δῆμων ἀπο- μυριάκις· quater,
 κισμοὶ μυριάνδροι,... μυρίοι· quinquies usu veniunt.
 446, 6. ἀποστάσεστι μυρί-
 αις,...
 20. μυρίων καμήλων...
 447, 18. μυρίας ἀσχολίας...

Multa eorum, quae modo exposui, ad copiam dicendi pertinent, de qua separato capite agetur. Nunc ad propositum revertar. Ethopoeiae et quidem compellationis genus est quoddam, quod constat usurpando imperativo. Eisdem, quibus prius, distinguamus locos notis. Imperativus vivacitatis aliquid infert orationi:

- F. A.¹ 413, 12. ἀπὸ τούτων κρινέσθω καὶ Ἀλέξανδρος· 2 a.
 419, 28. μὴ γὰρ ᾧς οἱ ποιηταὶ... μεγαληγορίας ἐπεχάραττον,...
 σκοπῶμεν· 3. 4.
 424, 16. Παραθῶμεν τὰ τῶν ὁμολογουμένων φιλοσόφων. 3. 4.
²433, 15. ποιησάτω τούτοις ἡ Τύχη μέγαν Ἀριδαῖον.
 23. Εἴπωμεν οὖν, ὅτι μικροὺς ἡ Τύχη ποιεῖ... 3. 4.
 434, 26. ποίησον ἄλλον εἰ δύνασαι μέγαν, in apostropha ad
 Fortunam. 1 a.
 435, 6. ἄφελε τὴν ἀρετὴν τοῦ εὐτυχοῦντος καὶ πανταχοῦ
 μικρός ἔστιν,... item. 1 a.
 439, 5. πρόσγραψον, εἰ βούλει τῇ Τύχῃ τὰ Ἀρβηλα... 1 a.
 443, 26. ἀπιδι πρὸς Ἀντίοχον... 1 a. 444, 2: ἀπελθε πρὸς
 Πτολεμαῖον. 1 a.
 444, 7. τὸ σῶμα ἵδοὺ κατατετρωμένον. (1 a). N. T. Ap. Epict.
 septies. Abiit in particulam.
 450, 4. φέρε θέῳ τὸν Ἀλέξανδρον ἄπασι παραβάλλων. (1 b). 3.
 cf. F. R. 401, 20. φέρε... τὸν λόγον μεταγάγωμεν. (1 b). 4.
 Gl. Ath. 455, 6. ἄνελε τὴν Περικλέους πολιτείαν,... καὶ Θουκυδίδης
 σοι διαγέγραπται. 1 b.
 13. ἄνελε τὰ περὶ Ἐλλήσποντον Ἀλκιβιάδου νεανιεύματα...,
 καὶ Κράτιππος ἀγήροηται. 1 b.
 F. A.² 431, 16. Ἀλλὰ φέρε πρὸς θεῶν ἐκτελεσθῆναι τοιοῦτον
 ἔργον. 1 b.

- 450, 4. *φέρε θεῶ τὸν Ἀλέξανδρον.* (1 b). 3.
 Soll. 53, 10. *φέρε... εἰπωμεν...* (1 b). 4.
 Brut. 91, 21—22. *φέρε χρήσωμαι τάξει τινὶ τοῦ λόγου...* (1 b). 4.
 Paene particula est imperativa.
 Gl. Ath. 460, 14. *φέρε δ' εἴ τις...* 20: *ἄρ' οὐκ ἀν ἐδόκει...* (1 b).
 461, 5. *ἀμέλει δὲ καὶ ἐγκωμιάζονται...* (1 b). cf. Aqu. 2, 7.
 6, 19. 7, 23. Soll. 17, 17. Brut. 98, 24. Exoleta vi imperativi particulae affirmativae partes egit¹⁾.
 463, 20. *ἐνθεν μὲν δὴ προσίτωσαν...* 2 a. 464, 5: *Θεόδωροι καὶ Πᾶλοι συνίτωσαν.* 2 a.
 464, 11. *χορηγία πολυτελῆς παρασκευαζέσθω.* 2 a.
 465, 10. *Τοὺς δὲ στρατηγοὺς αὖ πάλιν ἐνθένδε παριόντας σκοπῷ μεν...* 3. 4.
 466 14. *ἢ τοῖς κοινοῖς στεφάνοις...* τὸν Δημοσθένους περὶ τοῦ στεφάνου *παραβάλωμεν...* 3. 4.
 470, 6. *σκόπει δὲ σοφιστικὴν μικροφροσύνην...* 1 b.
 Aqu. 1, 16. *σκεψώμεθα τοὺς εἰς ἑκάτερον λόγους...* 3. 4.
 3, 18. *Μετιώμεν ἀπὸ τῶν χρωμένων ἐπὶ ταῦθ' οἵς χρώμεθα.* 3. 4.
 9, 7. *τοῦτο ῥήτέον καὶ περὶ τῶν ἄλλων ζώων...* 2 a.
 Soll. 17, 1. *ἔστω δὲ μὴ δεῖθαι τοῦ νοῦ τὴν αἰσθησιν...* 2 a.
 22, 7. *οὐκοῦν ὅμοίως μηδὲ τὰ θηρία λέγωμεν...* 3. 4.
 20—21. *ἐκείνοις... ἄδικτα πρὸς τὸν λόγον ἐγκαλλωπισασθαι καταλείπωμεν.* 3. 4.
 30, 27. *σκοπῷ μεν τὰ ἔναλα, εἰ...* 3. 4.
 31, 6. *πρῶτον οὖν ὥρα προθέσεις καὶ παραδέσεις ταύρων...* 1 b.
 38, 5. *καὶ τοῦτο μὴ λέγωμεν αἰσθήσεως ἄλογον ἀκρίβειαν...* 3. 4.
 48, 21. *ἥδη πειστέον Ἀριστοτέλει λέγοντι...* 2 a.
 56, 26. *Ἄλλὰ ταῦτα μὲν ἔστω τοῦ μὴ παντάπασιν ἐκφύλου...* 2 a.
 67, 4. *ἄλλὰ μᾶλλον ἐπὶ τὰς... ἵτεον.* 2 a.
 Brut. 83, 10. ΟΔ. *Ἐχέτω ταῦτα, ώς λέγεις, ὁ Κίρκη.* 2 a.
 86, 18. ΟΔ. *Ἐστω σοι καὶ τοῦδ' οὕτως.* 2 a.
 100, 14. *ἐννόησον δ' ὅτι...* 1 a, b.

¹⁾ Plutarcho in deliciis fuisse eam ostendit Schellensius in disputacione De hiato... p. 8.

Es.¹ 107, 2. ἄνελε δήγματι βοῦν ἢ στόματι σῦν. 1 a, b.

3. ...ἢ ἄρνα ἢ λαγωὸν διάρρηξον καὶ φάγε προσπεσὼν ἔτι ζῶντος, ... 1 a, b.

² 114, 9. σκόπει δ' ἡμᾶς πότεροι βέλτιον ἐξημεροῦσι... 1 a, b.

117, 4. σκόπει δὲ καὶ τὴν ἐν τῇ τραγῳδίᾳ Μερόπην... 1 a, b.

118, 17. ἀλλὰ καὶ τούτων ἀποτρέπεσθε, ... 1 a, b.

19. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτ' ἥδη σκεψώμεθα, τὸ... 3. 4.

Invocationis unum habeo exemplum:

Soll. 76, 20. Ἰλεως δ' ὁ Θεὸς εἴη καὶ πρός τι μουσικὸν ὅντα καὶ νησιώτην, ...

Epithetis¹⁾ utitur in compellationibus tantum in libello qui inser. Brutane, iisque ita, ut a ceteris, quae percensui, scriptis prorsus sit hic usus alienus. Parodia dictionis Homericae in his apparent exemplis:

Brut. 82, 8. ὁ ποθούμενός Ὁδυσσεῦ. Ar. In dialogo dixerim potius arcessitum quam exquisitum.

83, 15. ὁ γενναῖε ironice [ind. W. II. 975 e. I. 793 a.] cf Soll. 54, 17: κραιπαλῶσι γὰρ ἔτι τὸ χθῖζὸν καὶ βεβαπτισμένοις νήφων, ὡς ὄρᾶς, ὁ γενναῖος, ἐκ παρασκευῆς ἐπιτέθειται.

83, 19. ΟΔ. Τί μου καταγελᾶς, ὁ μακαρία alloquitur Circen. Ar. Xen. Plat.

22. KIP. Θάρρει, φιλοτιμότατός ἀνθρώπων.

85, 11. ΓΡ. Οὐδέτερα τούτων, ὁ βασιλεὺς Κεφαλλήνων.

85, 21—22. ἀπόκριναι δή μοι, σοφώτατός ἀνδρῶν.

87, 3. ὕστις, ὁ σχετλιώτατε, ...

88, 12—13. ὁ βέλτιστός Ὁδυσσεῦ, ... cf. 100, 5: ὁ βέλτιστες Ὁδυσσεῦ, ...

Cum semel in epitheta inciderim, etiam reliqua tradam, quamvis non ad compellationem, verum ad copiam dicendi, periphrasin, antonomasian pertineant.

In narratione usus est epitheto, praeposito nomine proprio, ex. gr. Soll. 56, 11—12: Φιλῦνος ὁ βέλτιστος; omissio nomine ita ut periphrasis esse videatur ex. gr. Brut. 86, 12: ὁ φρονιμώτατος ἀν-

¹⁾ Cf.; Frid. Seitz, De fixis poëtarum latinorum epithetis. 1, Ebersfeldae 1890.

Ὥρώπων (sc. Epicurus); sunt quaedam, quae cum iisdem eadem fere soleant coniungi nominibus epitheta ex. gr.:

F. R. 386, 20. ἐκ βαθείας ὑποφθέγγεται δίνης

cf. Φ. 239. ἐν δίνησι βαθείσιν.

ζ. 116. βαθείᾳ δ' ἔμβαλε δίνη.

βαθυδίνης Υ. 73. Φ. 143. 212. 228. 329.

-ίνῃ κ 511.

-ινήεντος Φ. 15. -ινήεντα Φ. 603.

F. A.² 438, 2. ἐδείπνει δὲ πρὸς ἐσπέραν βαθεῖαν, ... Luc. Gall.

c. 8. Pausan. 4, 18, 3. Dio Cass. 59, 28. Charito 1, 7.

Soll. 50, 22. ὡςπερ ἐξ ὕπνου βαθεῖος ἀναφερόμενος, ... Luc. Asin.

c. 56. Theoer. VIII, 65. Anth. Pal. VII. 170.

Gl. Ath. 458, 21. ὑπὸ τὰς πύλας καὶ τὸ τεῖχος ἐθεντο καρτερὰν
ιππομαχίαν.

Cf. Grudmann p. 71: „καρτερὰ μάχη frequentatur ab Arriano... quae locutio sumpta est ex Herodoti I. 76, 16: μάχη καρτερῆ. VIII. 12, 10: *iππομαχία καρτερῆ*... Posteriores hoc quoque imitati sunt, ut Plut. Alc. 31. Phoc. 13 etc.“ Stephani Thes. s. v. *καρτερός* (IV. 989 A. fin.) Herodotum laudans addit: „In quo etiam loquendi genere ceteri Historici eum sunt imitati, ut...“ (sequuntur loci ex Plut., quos e Stephano exscripsit Grudm.). Ceterum censeo Herodotum copulationem istam ex Homero sumpsisse, quia et poëtae, qui Homerum imitati sunt, illud epithetum eum vocabulo *μάχη* (aut simili significacione) iungere amabant: N. 483: ὅς μάλα καρτερός ἐστι μάχη ἐν φῶτας ἀναίρειν. I. 53: Τυδεῖδη πέρι μὲν πολέμῳ ἐν καρτερός εσσι... Pind. Isth. VII, 15: ἡ ὅτε καρτερᾶς | "Ἄδραστον ἐξ ἀλαλᾶς ἀμπεμφας ὄρφανόν | μυρίων ἑτάρων ἐς "Ἀργος ἵππιον; Aesch. Sept. 517: εἰ Ζεύς γε Τυφῶ καρτερώτερος μάχη. Ad ea, quae Stephanus praebet, ex meo addam penu: Plut. Cine. c. 13: *καρτερὰ μάχη*; Arist. c. 14: *ἀγών*; Demetr. c. 46: *πολιορκία*; Arist. c. 9: *τῆς μάχης τὸ καρτερώτατον*. Omnia tale genus epitheta aut amplificandi studio ponuntur, ut graeci vocant, *δεινώσεως*, ex. gr. F. R. 406, 26: *σκότει φοβερῆ*, aut periphraseos, aut quae dicitur antonomasiae, in universum ob copiam dicendi ostentandam et colorem rhetoricum orationi induendum. Pauca illustrandi causa apponam enarremque:

F. A.¹ 409, 10. πρὸς ἀμάχους δυνάμεις καὶ ἄπειρα φῦλα καὶ ποταμοὺς ἀπεράτους καὶ πέτρας ἀτοξεύτους, ... νερε δεινῶς.

F. A.² 435, 18. *νήπια βρέφη*. Alterutrum superfluum, nam neque *νήπια*¹⁾ nisi *βρέφη* neque *βρέφη* non *νήπια* esse possunt. Adhibetur autem tum adiectivum, cum est necessarium, cum et aliud aliquid dici potest de nomine; quapropter adiectivo nomen, cui illud additur, prope definitur. Aliter abundat plus minusve, ut hic, ubi copiae studet scriptor.

445, 24. *Τυφῶνας ἡ πελωρίους γίγαντας*. De Titanibus Aesch. Prom. 151 et scholia ad hunc locum.

F. A.¹ 103, 6. *πηλοῖς βασέσι καὶ λόχμαις ἀφόροις*; ex consuetudine iam rhetorica dicitur palus alta copiae et amplificationis causa.

² 115, 20. *καὶ γενσάμενον οῦτω καὶ προμελετῆσαν ἐν ἑκείνοις τὸ φονικὸν ἐπὶ βοῦν ἐργάτην ἥλθε καὶ τὸ κόσμιον πρόβατον καὶ τὸν οἰκουρὸν ἀλεκτρυόνα*. Boūn ἐργάτην (sc. γῆς i. e. agricolam) Archilochus²⁾ invenit, Sophocles³⁾ mutuatus est, civitatis iure in pedestri donavit oratione Polybius⁴⁾. Plut. tria illa epitheta ob movendam misericordiam carnivori hominis adhibuit et bovi — credo prae patriae caritate — poëtico et nimis amaro illacrimavit latice. *Oikouρὸν* anatem appellavit Aratus⁵⁾.

Aqu. 5, 15. *γράμματα δὲ μνημόσυνα λίθης ἐκόμιστεν, ... cf. Eur. fr. 578 (N p. 542): τὰ τῆς γε λίθης φάρμακ' ὄρδωσας* (sc. Palamedes), ...*ἐξεῦρον ἀνδρώποισι γράμματ' εἰδέναι, ...*

Soll. 33, 11. *λίθον εὔμεγέθη...* cf. Ar. Pl. 543: *λίθον εύμεγέθη*. 40, 3. *οὐ δὲ φρούρος κύων, ὄνομα Κάππαρος, ...* Pausan. 2, 26, 4; Philo 1, 335, 43 de cane.

Antonomasiae⁶⁾ haec praeter ea, quae iam commemoravi, erui exempla:

Soll. 43, 4. *τοὺς δασύποδας*; 44, 12: *οἱ δὲ δασύποδες*. De lepore usitatum, quamvis minus frequenter quam *λαγώς*; forsitan

¹⁾ *νήπια* per antonomasian saepe absolute ponuntur pro *βρέφη*.

²⁾ Fr. 39 (8) Bergk-Rubenbauer 1915. II, p. 393.

³⁾ Ath. 686 a. (N. fr. 138).

⁴⁾ 3, 93, 4. ⁵⁾ 969.

⁶⁾ De adiectivis pro substantivis positis cf. Rausch, Quatenus Hesiод in Theogonia elocutio ab exemplo Homeri pendeat. diss. p. 19.

locale nomen habendum est, aut speciale quoddam leporis genus significat. Plut. tamen et in hoc rhetor, quod usus est rariore atque insolentiore vocabulo pro magis trito.

54, 2—3. τὰ πεζὰ καὶ τὰ πτηνά; 4: τῶν ἐνύδρων¹⁾. al. Brut. 97, 24: οὐτέ τι πτηνὸν οὐτέ νηκτόν. Solita sunt neque rhetorica.

Antonomasiae quasi conversionem — ut et in aliis figuris — adhibuit Plut.:

Brut. 92, 11. ξένος ὄχλος; imitatus est Platonem²⁾; in prosa oratione ξένος fere pro substantivo ponitur.

Compellatione fere peracta perlustremus responsa, quae in speciem dialogi — vero dialogo extra quaestionem, ut iam adnotavi, posito — compellationibus redduntur.

Brevissima est responsi forma Platonis peculiaris εἰεν, quae cum ap. Epict. non inveniatur³⁾, verum ap. Aesch. Soph. Ar., minime dubium est, quin Attici atque elegantis fuerit sermonis⁴⁾. Ap. Plut., expedita quaestione — in sermone continuo — quasi finem deliberationi faciat, novum caput incipit, superioris facta conclusione per εἰεν:

F. A.¹ 423, 1. c. 11. Εἰεν· αἱ δὴ πράξεις αὐτοῦ πότερον...

Brut. 98, 1. c. 9. Εἰεν· ἀλλ' ὄψοις χρῆσθε τούτοις... (Soll. 29, 8: usurpatur εἰεν in vero dialogo et significat approbationem: nihil impedio).

Commune Atticis cum Epicteti⁵⁾ genere dicendi est εἰκότως:

F. R. 389, 1. (καὶ τὰ παρ' ήμān ἐν Χαιρωνείᾳ τρόπαια κατὰ τῶν Μιδριδατικῶν οὔτως ἐπιγέγραπται,) καὶ εἰκότως⁶⁾... γὰρ... quasi praestruat dubitationi. Reliquis locis continuo filo cum textu et cursu verborum cohaeret:

F. A.¹ 415, 10. εἰ (7: τοίνυν... φαίνεται... μεταβαλὼν...) εἰκότως ἀν φιλοσοφώτατος νομίζοιτο.

¹⁾ Soll. 54, 4. 56, 21.

²⁾ Tim. Locr. 104 d. τιμωρίαι ξέναι; ita et Luc. Deor. Conc. 1. ξένοι θεοί.

³⁾ Qui tamen habet negativam huius responsi formam: μὴ γένοιτο.

⁴⁾ Verisimile igitur est particulam hanc resuscitari a Plutarcho studio imitandi Platonis, illius temporis sermoni alienam. Ceterum de εἰεν cf. Lechner, p. 30.

⁵⁾ Ap. Epict. quinquies. ⁶⁾ κ. εἰκ. ap. Epict. bis.

Gl. Ath. 468, 3. ...έξ ὅν εἰκότως Αἰσχίνης σκώπτων...

Brut. 85, 14. ὅτι ταῦτα πρὸ ἐκείνων εἰκότως ἀγαπῶμεν¹⁾.

Absolute positum adverbium *εἰκότως* in ficto dialogo vel deliberatione in eis, quos excussi, libellis non inveni²⁾.

Interrogationem fictam, in sermone continuo, sequitur Platonica clausula: ...μὲν οὖν:

F. A.¹ 412, 10. Ἀβούλος οὖν καὶ προπετὴς Ἀλέξανδρος...; οὐ μὲν οὖν.

Interrogationem fictam, in sermone continuo, sequuntur, ut responsum, versus (incerti poëtae): Es.² 115, 8. Τίνες οὖν υστερον τοῦτ' ἔγνωσαν; respondetur hexametris.

Claram est oratorium genus responsi, quod appellatur *epiphomena*; ap. Plut.:

F. A.¹ 424, 2. κάμοι δὴ ταῖς Ἀλεξάνδρου πράξεσιν ἔπεισιν ἐπιφωνεῖν ἀεὶ ὑφιλοσόφως⁴.

5. Ρωξάνης ἐρασθεὶς... οὐχ υβρισεν ἀλλ' ἔγημε φιλοσόφως.

9. Δαρείον ιδὼν κατηκοντισμένον οὐκ... ἐπαιάνισεν, ἀλλὰ... φιλοσόφως.

14. ἐπιστολὴν... Ἡφαιστίωνος συναναγιγνώσκοντος, οὐκ ἐκώλυσεν, ἀλλὰ... φιλοσόφως³⁾.

Eodem respondetur, quo interrogatur verbo:

Soll. 29, 8—10. ΣΩΚΛ. ...γέγονέ τις ίμιν περὶ τάξεως ὄμολογία; ΦΑΙΔΙΜΟΣ. Γέγονεν, ὁ Σώκλαρε,...

Scriptor fictis, quae veros adversarios obiecturos fuisse suspicatur, criminatioibus obviam it in responso et refellendo firmat id, pro quo militat, propositum:

F. A.¹ 412, 8—10. Ἀβούλος οὖν καὶ προπετὴς Ἀλέξανδρος...; οὐ μὲν οὖν.

413, 10—12. πόθεν οὖν ἐπιστεύθησαν ἐκεῖνοι φιλοσοφεῖν; ἀφ' ὧν εἶπον ἡ ἀφ' ὧν ἐβίωσαν ἡ ἀφ' ὧν ἐδίδαξαν.

² 431, 17—19. ἔσθ' ὅστις ἂν ιδὼν ὑπέλαβε κατὰ τύχην γεγονέναι...; οὐδεὶς ἂν οἴμαι.

¹⁾ Quinquies in iudice Wytt.; duodecies ap. Aristiden.

²⁾ De epicrisi per *εἰκότως* confienda cf. W. Schmid, Att. 3, 112.

³⁾ Cf. Sen. ep. V, 67: torqueor, sed fortiter: bene est, occidor sed fortiter: bene est.

Aqu. 9, 13. ἀλλ' οὐ πάρεστι τοῖς ἀλόγοις. τί οὖν; διὰ τοῦθ ἡττον...;
Es.² 114, 15. ἀλλ' ἡμεῖς γε, φήσουσι, ... μὴ τι γελάσωμεν; Respon-
detur ei, qui deridet nolentem comedere carnem ovis (v. 14).

118, 14. πναί, φησίν, οὐδὲν γὰρ ἡμῖν πρὸς τὰ ἄλογα δίκαιον
ἔστιν. οὐδὲ γὰρ πρὸς τὸ μύρον, φαίη τίς ἄν, οὐδὲ
πρὸς...

Expositis aliquot, quae verbis fiunt singulis certaque verbi forma, ethopoeiae figuris, ad eas sum transiturus, quae universo quodam sententiae colore produntur, neque tamen grammaticis deprehendi possunt rationibus; mentis¹⁾ vel sententiae appellantur figure, cum animi significant motus, extrinsecus nulla habeant indicia. Varia variis eiusmodi ethopoeiae visa sunt genera; quin etiam contendere ausim nihil prorsus, quod ad rhetoricum spectet colorem, ita extra ethopoeiam positum esse, ut διανοίας σχημάτων comprehendi nomine nequeat, si quidem omnia, quae oratorie formantur, aliqua procul dubio mente et certo utique animi motu eduntur, quem cum lectore sive auditore communicaturus est auctor.

Quae si probare vellemus, ad extremas deduceremur incitas, nam omnibus ethopoeiae tributis extineta foret tota rhetorica et potius animum scribentis scrutaturi essemus et, ut ita dicam, „psychologia“ percensenda esset orationis, ingenio auctoris subtiliter dispiciendo, executiendo, describendo. Negari nequit nudam rhetoricae inane quid ac sensu cassum emersuram, nisi doctrina de ipsis animae proprietatibus suppleretur. Medium, ut adsolet, iter optimum; itaque ubi singulis verbis aut verborum compositionibus intinctus sit color rhetoricus, verba aucupari eaque eruere nobis liceat; nec secus in mentis figuris singula non sunt neglegenda verba, quae cum sola per se percipere nequeat mens, certis verborum indicis, quasi ancoris, memoriae nostrae infiguntur. Ne proprio autem Marte hanc profiteri videar opinionem, testibus utar Radfordio²⁾ qui et ipse secundum antiquos scriptores prosopopoeiam ἐναργείας efficiendae adhiberi censem gratia et W. Schmidio³⁾, qui ita scribit s. v. πάνν „sein häufiges Vorkommen giebt der Rede des Dio Chr. ein eigenes Ethos, indem es eine gewisse Eindringlichkeit der Vorstellung bezweckt; es ist bekanntlich auch dem Plato sehr beliebt, ebenso dem Xen. Strabo hat es bei seinem trockenen Vortrag

¹⁾ σχῆματα διανοίας.

²⁾ p. 24. ³⁾ 1, 131.

im ersten Buch nur zweimal, Hdn. im 1-sten Buch nur einmal¹⁾; idem alio loco²⁾ tradit particulam πάντα solam per se positam secundum antiquos auctores ἀφέλειαν efficere, ut rursus²⁾ adverbium ήσυχη linere γλυκύτητι. Nos haec omnia suo loco percensebimus. Unum solum hic cautum habere volumus: meram et per se conspi cuam neque ullo adminiculo egentem ethopoeiam nunc protrahi.

Egregie oratorium ethopoeiae genus est ἀποσιώπησις, cum negamus nos dicere, et tamen dicimus. Ethopoeia est propterea quod scriptor, quasi taedio copiae affectus, simulatur se reliqua omittere aut prorsus dicere nolle; qua re maioris speciem rei, quam est, praebet; idem fit saepe et ironiae causa. Loca sunt eius figurae ap. Plut. hi fere:

Soll. 43, 12—15. *Πανουργίας δὲ πολλῶν παραδειγμάτων ὄντων, ἀφεὶς ἀλώπεκας... ἐστι γὰρ δῆλα, μάρτυρι χρήσομαι Θαλῆ...*

48, 2—5. *περιβόητοι γάρ εἰσι καὶ πολλῶν οἷμαι διηγημάτων τοιούτων διακορεῖς ίμᾶς εἶναι· διὸ ταῦτα μὲν ἀφίημι.*

55, 1—6. *ἀλλὰ μὴ φοβηθῆτε· χρήσομαι γὰρ αὐτῇ μετρίως, οὕτε δόξας... οὔτ'... μίδους... οὔτ' ἀμαρτύρους... ἐπαγόμενος... διηγήσεις· ἂ δὲ πανταχοῦ μάρτυρας ἔχει· ὄρώμενα καὶ δίδωσι τῇ ὥφει πίστιν, τούτων ὀλίγα παραδήσομαι. Loco superiore, quae nota essent, omisit, hic ex adverso solum nota ministrare par censem. Quid aliud est τὸν ἡττω λόγον κρείττω ποιεῖν aut, ut nostrates dicunt, felem cauda sursum evertere? Notitia exemplorum iam excusationi est, ne enumerentur, iam causae, quare quidem enumerentur; ergo locus est communis, qui in utramque partem assumi queat. Ceterum vulgatissimis tantum promissis attulit omnia, quae modo ex naturalium et mirabilium libris excutere potuit.*

56, 26—27. *'Αλλὰ ταῦτα μὲν ἐστω τοῦ μὴ παντάπασιν ἐκφύλου μηδὲ ἀσυμπαθοῦς πρὸς ίμᾶς ικανὰ δεέγματα· scilicet cavet a lectoris fastidio.*

61, 16—18. *ἔτι δὲ πολλῶν... ὄντων παραδειγμάτων, οὐκ ἄξιόν ἐστι τὸ τῆς σηπίας παρελθεῖν. Sic advocati „ut cetera omiserim, unum hoc...“*

¹⁾ 2, 140. ²⁾ 3, 130.

26. ἀλλὰ τούτων μὲν ἄλις. quasi silentio obruat reliqua
(innumera).

67, 1—4. τῶν δὲ ἀλλων γενῶν... οὐκ ἂν τις εἴποι τὸν ἀριθμόν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐπὶ... ἵτεον. Missa facit, quae numero comprehendendi nequeant.

81, 15. ἐπιτίθημι δίκην ἐμαυτῷ· παύομαι γὰρ ἥδη λέγων.
iam: quasi invitus, qui haberet et alia, quae enumeraret.

Brut. 89, 9. τί οὖν ἔτι σοι λέγω τὰς Καρίνας ἢ Μαιονίδας; Clementis ac propitii gerit personam misereturque adversarii, cui prostrato insistere aspernatur.

99, 8—9. ἐώ γὰρ ἰχνεύειν σκύλακας..., ἀλλὰ... nec secus ego quoque ἀποσιώπησιν.

Clarissima ethopoeiae figura est ironia. Qua frequentissime utitur Plut. — varia fortuna ac dispari eventu:

F. A.¹ 411, 25. τοῖς τρισμυριοῖς, οἷοισθ' ἄν, πεζοῖς καὶ τετρακισχιλίοις ἵππεῦσι πιστεύσας.

412, 5. τὸ δὲ λαμπρὸν αὐτῷ καὶ μέγα παρασκευασθὲν ὑπὸ τῆς Τύχης ἐφόδιον ἐβδομήκοντα τάλαντα ἦν,... 24: ὅτι δηλαδὴ περὶ συλλογισμῶν οὐδὲν οὐδὲ περὶ ἀξιωμάτων ἔγραψεν sqq. Quis? Alexander.

437, 2. Λυσίμαχος τὰ περὶ Θράκην ὕσπερ ἐσχατιάς τινας τῆς βασιλείας κατασχὼν...

441, 14—16. οὐκ ἐν οἷς ποτὲ τὴν ὑπόνοιαν ταύτην ἐξέφηνεν ὁ μεθύων¹⁾, οὐ δι' ὄργὴν ὁ θυμοειδῆς²⁾, οὐ πρὸς φίλον ὁ πάντα πιστεύων Ἡφαιστίων καὶ πάντων μεταδιδούς³⁾ Sic fere accidit, cum Boeotius vult esse amarus.

²442, 11. ἐπὶ θύρας αὐτῷ τὸ διάδημα τῆς βασιλείας ἥλθεν; idem dicit ἐπὶ θύρας, quod nos „pod nos“.

450, 25. ἐνταῦθ' ἦρ ἡ Τύχη μεγάλα καὶ λαμπρὰ διέφηνεν ἔργα τῆς πρὸς Ἀλέξανδρον εὐμενείας,... Fortunam accusat — ut ebriosus, qui in puteum inciderat.

¹⁾ Acidius quam verius; cf. L. Sternbach, Wien. Stud. 16 (1895), p. 8 sqq.

²⁾ Maius credo est clementiae indicium secreta iratum non exserere, quam irae Clitum occidisse!

³⁾ Laudet obiurgetne Alexandrum euidem nescio.

451, 13. ὁ δὲ εὐτυχὴς βασιλεὺς καὶ ὑπὸ τῆς Τύχης φυλαττόμενος ἀεὶ καὶ δορυφορούμενος...

Gl. Ath. 463, 7—8. τίν' οὖν αἱ καλαὶ τραγῳδίαι ταῖς Ἀθήναις ὄνησιν ἡνεγκαν...

467, 1—3. οὐδὲ ὅτε Καρκίνος Ἀερόπη συνῆν ἢ Ἐκτορὶ Ἀστυδάμας, ἀλλ᾽ ἔκτῃ μὲν... Si cognoscere vis, quo modo recte ac lepide ludificentur poëtae, Ranas legas quaeso ac Thesmophoriazusas totumque omnino Aristophanem¹⁾; minime autem decebat Plutarchum, qui et ipse in oratiunculis putidissimis πνευμόνων πολὺν desudavisset πόνον.

18. ἐπὶ τούτοις Πίνδαρος „έρεισμα τῆς Ἑλλάδος“ προσεῖπε τὰς Ἀθήνας, οὐχ ὅτι ταῖς Φρυνίχου τραγῳδίαις καὶ Θέσπιδος ὥρδουν τοὺς Ἑλληνας. Si temporum longe remotorum causa sophisticam virtutis simulationem, qua in artem invehitur, bene perspicere nequis, revoca in mentem, quod vides in nostris, quae ab elegantiore frequentantur societate, ecclesiis: abbatem calamistratum — evangelium pauperum praedicantem.

468, 14—17. ...ἐν φυτῷ λαμπρότατον καὶ λογιώτατον ὁ ρήτωρ πεποίκεν, ὁμόσας τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων, οὐ τοὺς ἐν ταῖς σχολαῖς τὰ μειράκια προδιδάσκοντας. Celebratum apud rhetores fuisse istud Demosthenis ius iurandum²⁾ patet ex multitudine locorum apud scriptores: auct. de sublim. XVI, 2. 3. XVII, 2. Hermog. (H. Rabe 1913) 266, 24. 327, 15. 436, 14. Quintil. Inst. IX, 2, 62. 98. XI, 3, 168. XII, 10, 24. Ceterum indignabundus dixit et hoc ipso excusabilis.

18. ἐφ' οἷς οὐ τοὺς Ἰσοκράτεις καὶ Ἀντιφῶντας καὶ Ἰσαίους, ἀλλὰ τούτους (i. e. τοὺς προκινδυνεύσαντας) η πόλις δημοσίαις ταφαῖς ἔθαψεν, ... Eo tantum bonus discipulus, quod non erat supra magistros, tanto peior erat iuvenis meus, quod melioribus se oblatrare aequum censebat.

¹⁾ Cf. praecip. Ran. vv. 1013—1017.

²⁾ Cf. 469, 18—19. de Isocratis oratione panegyrica, quam decem annos scripsisse fertur Isoer. (cf. auct. περὶ ὑψους 4, 2).

- Soll. 24, 17. ἀλλ' ἡμῖν τοῖς ἡμέρως καὶ φιλανθρώπως ζῆν δοκοῦστι...
- 38, 20. ἡ γὰρ αἰσθησις... χαίρειν λέγουσα διεζευγμένοις ἀξιώμασι καὶ συμπεπληγμένοις. cf. 412, 24.
- 54, 17. ...βεβαπισμένοις νήφων,... ὁ γενναῖος ἐκ παρασκευῆς ἐπιτέθειται. Post tot insulsos iocos laudare iam firmo capto consilio video quid? Platonem expilavit.
- Brut. 85, 5. ΟΔ. Ἐμοὶ σύ, Γρῦλλε, δοκεῖς οὐ τὴν μορφὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν διάνοιαν ὑπὸ τοῦ πώματος ἐκείνου διεφθάρθαι... Χλενασμός.
- 88, 9. ὑπέμειναν τὴν καλούμενην ἐξημέρωσιν... sic excanduit caritate bestiarum, ut quasi suo inflammaretur nomine.
- 90, 24—27. ΟΔ. Παπαί, ὁ Γρῦλλε, δεινός μοι δοκεῖς γεγονέναι σοφιστής, ὃς γε καὶ νῦν ἐκ τῆς συηνίας φθεγγόμενος οὕτω νεανικῶς πρὸς τὴν ὑπόθεσιν ἐπικεχείρηκας.
- 91, 19. ὥστε σοι τὴν καλὴν Πηνελόπην ἐννάκις ἀπολείπεσθαι τῷ σωφρονεῖν. ἡς βούλει κορώνης. Scitula Penelope castitate inferior novies quavis cornicula!
- 93, 16. ταῖς δὲ σαῖς χλανίσι καὶ τάπτησιν οὐδὲν μὰ Δί' ἥδιον ἡ βαδεῖ καὶ μαλακῷ πηλῷ μεστὸς ὡν ἐγκατακλιθείνην ἀναπανόμενος. In una voce σαῖς delitescit ironia; altera est, quae totam pervadit sententiam, quasi intercutis, vere porcina et concinne ἡδικευμένη.
- 95, 14. ὑμῶν δὲ πολλὰ τοιαῦτα τῶν σεμνῶν καὶ ἀγαθῶν.
- 97, 25—26. τὰς ἡμέρους δὴ λεγομένας ὑμῶν καὶ φιλοξένους τραπέζας. Gauderet vir humanus, si nos vidisset panem e serragine confectum edentes, de carne ne somniantes quidem. Scripsit unus ex nostris scriptoribus somnium de pane, nemo tam fecundo fuit pectore, ut somnium de carne commentus esset. Quam vana, quam ostentationis avida, quam sophistica¹⁾ sit bestiarum caritas, vere carnificibus perspicitur demum temporibus. Sedenim non cotidie nascentur philanthropi ideoque excusandus est Plut., qui alioqui sincere humanus fuerat; quodsi nugatur, iuvenis erat et pacis vivebat in umbra amoena, nec tanti obduruerat belli immanis aestibus.

¹⁾ Quod ipse serius fassus est: Sept. Sap. Conv. 159 C. τὸ δὲ ἀπέχεσθαι σαρκῶν ἐδωδῆς... σόφισμα μᾶλλον ἡ φυγὴ τῶν περὶ τὴν τροφὴν ἀδικημάτων ἔστι.

- 99, 4. *χαιρειν εώστα τὸν παρ' ἔτέρων διὰ μαδήσεως τοῦ φρονεῖν συνερανισμόν.* In ind. Wytt. praeterea quater in ser. Mor., sem. in Vitis; ut alias, ita et hic maiore sedulitate imitatus est aetate iuvenili Platonici sermonis vivacitatem.
- Es.¹ 108, 14. *καὶ ἵνα μὴ τοῖς ἀθληταῖς ἀπεχθάνωμαι, συγγενέστι χρῶμαι παραδείγμασι.* Hesiodus vetat meiere in fontes, quod pueri, postquam sitim expleverunt, malignitate iuventae facere videlicet solebant; Plut. identidem hausit ex isto communi sophistarum fonte, magno popularitatis suae compendio, ac postea minxit! *Ἐνεανιεύσατο!*
- ² 113, 18. *οὐ πολεμῶν δή που τερέτροις καὶ σκεπάρνοις...* Ironia in uno posita vocabulo genus est emphaseos, quae fit, si unum vel pauca vocabula quavis de causa maiore vocis instantia ac peculiari modulatione premuntur.
- 118, 4. *τίς γὰρ οἱ πολὺς τόνος εἰς τὴν γαστέρα καὶ τὰ ὄπτανεῖα.* Miscetur cum ironia et tragica emphasis. Nos cautores sumus in talibus miscendis.

Ἡδικεύεται Plutarchus etiam per deminutiva, quibus inest contemptionis color. Vergente iam lingua scatebat eis sermo vulgaris, nec tamen, addito suffixo deminutivo, fiebat ulla in significacione mutatio. Longe alia est ratio deminutivorum nominum in oratione Plutarchi aequa atque in cynica diatriba: nam quae ludificantur res, ob contemptionem efficiendam deminutivo nuncupantur vocabulo; nihil minus habebat ex eo nescio quid populare oratio, ut solemus in consuetudine frequentius quam in scribendo adhibere deminutiva, utpote quae et dulcedinem quandam praestent et ironiae sint aptae. Saepe, ut dixi, sensus vocabuli non variatur, color tamen inest tamquam familiaritatis aut simplicitatis et utimur deminutivis ne nimis graves, emendati, prisci videamur: habet suave quid in se omne deminutum. Locos, quos ex Plut. expiscatus sum, in haec disposui genera:

1) Deminutiva sec. morem diatribes adhibita:

- F. A.² 452, 7. *τείχεσιν ἀδόξου πολίχνης περιβαλούσης... τὸν τῆς οἰκουμένης βασιλέα καὶ κύριον,...*
- Es.¹ 105, 19. *ἀλλὰ σαρκιδίον¹⁾ μικροῦ χάριν ἀφαιρούμενα ψυχῆς ἥλιον...*

¹⁾ Ap. Epict. sec. ind. Schenkelii septies.

² 113, 20. εἰδὼς ὅτι διὰ τοιούτων ἔργων οὐκ εἰσοίσεις κλινίδιον¹⁾ ἐπίχρυσον...

2) sec. consuetudinem i. e. stante significatione:

Soll. 41, 19. περὶ τὸ κλινίδιον αἰωρούμενον ἐκφερομένου... lectus funebris, ap. Tac. leetulus.

Es.² 115, 1. εἰ δὲ θεῖη τις τὰ βιβλία παρ' ἄλληλα... al.

3) studio variandae orationis:

Soll. 73, 9. ἐκλαπέντων δὲ τῶν σκύμνων... 17: μικρὸν δὲ προάγονται τὰ σκυμνία...

4) ut re vera parvum aliquid designaretur:

Soll. 33, 9. ἑρματίζοντιν ἀεντάς, ... μικροῖς λιθιδίοις. cf. Soll. 64, 17: ἑρματιζόμενονς λιθιδίοις, ... 19: ἀλλ' ἐπιμένωσιν ἀραρότως τοῖς πετριδίοις.

67, 11—12. ἵχθυδίων· 69, 1: ἵχθυδιον, ... Es.¹ 107, 12. ἵχθυδιον.

Ab ironia et contemptu haud separari potest indignatio:

Gl. Ath. 465, 4—7. τοῖς δὲ νικήσασιν ὁ τρίπονς ὑπῆρχεν, οὐκ ἀνά-
δημα τῆς νίκης, ως Δημήτριος φησιν, ἀλλ' ἐπίσπεισμα τῶν
ἐκκεχυμένων βίων καὶ τῶν ἐκλελοιπότων κενο-
τάφιον οἴκων. Qui hodie legit ephemeridas, obsoletiora
ei videbuntur illa. Tunc temporis indignatione tali, quae nos
cotidie ferit, ictus, mortuus concidisses. Nunc quadranta
ria haec tonitrua ridemus, neque ullus diurnorum scriptor
celebrabitur ut medicus mentium.

Brut. 89, 5. ὥσπερ ἡ σὴ γυνή... οὐδὲ ἂν οὐδὲ ὕστον αἱ χελιδόνες
ἀμυνομένη τοὺς ἐπ' αὐτὴν καὶ τὸν οἶκον βαδίζοντας,
καὶ ταῦτα Λάκαινα οὖσα.

Es.¹ 105, 21. εἰδέ τοις φέγγεται καὶ διέτρισε φωνὰς ἀνάρθρους
εἶναι δοκοῦμεν, οὐ παραιτήσεις καὶ δεήσεις
καὶ δικαιολογίας... Ne de Procne dicam, barbarorum
sermonem Graeci cum hirundinis stridore comparabant.
In Aristophanis comoedia Aves graecanice concinunt et
quidem divine. Plut. non erat poëta, ideoque indignandi
sibi locum repudiatis mythis sumpsit.

¹⁾ Ap. Epict. pro κλινίδιον usu venit forma vulgarior κλινάριον: bis; forma κλινίδιον in consuetudine idem, quod olim κλίνη, significabat (cf. nostrum: λόζκο); loco laudato sane colorem prae se fert diatribes.

H. Stein¹⁾ in editione sua Herodoti inter rhetorica artificia refert, ut Christii utar verbis, „eine gewisse Geheimniskrämerei in religiösen Dingen“. Vix tenui venula in haec quoque ruit meus iuvenis:

Es.¹ 110, 2—5. τὴν δὲ μεγάλην καὶ μυστηριώδην καὶ ἀπιστον ἀνδράσι δειλοῖς, ἢ φησιν ὁ Πλάτων, καὶ Δνητὰ φρονοῦσιν ἀρχὴν τοῦ δόγματος ὀκνῶ μὲν ἔτι τῷ λόγῳ κινεῖν,... Gravi vultu secretum postulat. Notum est pueros et mulieres maxime secretis studere. Quo sub nomine censeatur figura illa ethopoeiae, nescio; frequens autem est apud comicos recentes, cum parvas res agens magnus sibi aliquis videtur, minimis satagens, negotiis distentus occultandis, semper grave quid agenti similis, efficiens nihil, inani spe maiora quando assequendi fervens, stolidē agens, nonnunquam callide, ridicule semper. Paulatim sollertia tali tributa personae, ortum est comicum genus derisoris, quem Francogalli vocant „mystificateur“. Oratoribus accepta erat figura ista, acuendae curiositatis gratia.

Est etiam quod cacozelon appelletur ethopoeiae genus, immovitum. Ultra modum sinceri in eo committendo erant antiqui sophistae; itaque non ita in cassum iacta est ab Aegyptio sacerdote ea, quam Plato commemoratur, reprehensio: ὁ Ἐλληνες, Ἐλληνες παῖδες ἔστε. Revera, si tibi aliquot cacozela attulero, videbere tibi pensum discipuli legere, aut, quod multo peius, primam patroni in iudicio defensionem.

Prius tamen de emphasi pauca sunt proferenda. Emphasis in declamatione multum valet. Unaquaque in enuntiatione unum aut aliquot inveniri possunt vocabula, quae maiore vocis contentionе pronuntiandae sint; per emphasisin dicis, quod verbis exprimi nequit: multiugum orationi emphasis induit colorem passimque etiam in cotidiano adhibetur sermone. Quare, cum ea quidem multis ethopoeiae inserviat generibus sufficiendis, neque ipsa aliud quid praeter vocis modulationem contineat, — solum ex. gr. paucis hic ostendenda est testimonii:

¹⁾ W. Christ-Schmid, Gesch. d. Gr. Litt.⁶ 470_s.

F. R. 407, 5. τοὺς μεγάλους ἑκείνους ἀριστεῖς καὶ ἡγεμόνας... χῆνες ἀνέστησαν... Incidi in eacozelon. Non vidit iuvenis, quam nihil commune haberent anseres cum emphasi.

413, 26—27. ὁ Θαυμαστῆς φιλοσοφίας, δι' ἣν Ἰνδοὶ θεοὺς Ἐλληνικοὺς προσκυνοῦσι, Σκύθαι Θάπτουσι τοὺς ἀποθανόντας, οὐ κατεσθίουσι. Ut iam sermonis graecanic i omittam naturalem sonoritatem, non haec, cum declamat, cantilenae similia sunt?

414, 22—23. τοὺς δὲ ἡγάγκαστεν εὐδαιμονεῖν ὁ νικήσας. Quot verba, tot colores; figurae quidem plures, quam verba.

F. A.² 438, 17. λαβεῖν ἀδικίας ἔγκλημα τὴν χρηστότητα· Emphasis firmat antithesin.

454, 4—5. μὴ δεδιέναι τοὺς ἀτρώτους θαρρύνων ipse saucius; est etiam emphasis genus quoddam ellipseeos.

Gl. Ath. 466, 24. ταῦθ' ή πόλις ἐορτάζει καὶ ὑπέρ τούτων θύει τοῖς θεοῖς... Emph. significatur dispositione verborum; hoc genus emphaseos dicitur epanaphora cum polyptoto; cf. 467, 16: ταῦτα τὴν πόλιν ἥγειρεν εἰς δόξαν, ταῦτ' εἰς μέγεθος· ubi habemus meram epanaphoram; item 469, 19: τούτους... 21: καὶ τούτους...

470, 6. τὸ ἔνατον μέρος τοῦ βίου εἰς ἔνα λόγον καταναλίσκουσαν¹⁾.

Aqu. 7, 22. οὐχ ή ὑγρότης ἀναδίδωσιν, ἀλλ' ή θερμὴ ὑγρότης. Cf. Soll. 27, 23—24: οὐ γάρ οἱ χρώμενοι ζώοις ἀδικοῦσιν, ἀλλ' οἱ χρώμενοι βλαβερῶς καὶ ὀλιγώρως καὶ μετ' ωμότητος. Es.¹ 106, 2: ἵνα φάγης ἀπόκτεινον, ἵνα δὲ ἡδιον φάγης, μή μ' ἔναιρει. Vox, quae priore colo desideratur, tamquam iam in animo, priusquam dicta esset, suppleta, quodam modo repetitur et, ut maximi in enuntiatione momenti, voce elevata promittur.

Ne in altum proreptus singula enodem, quae suo quaque loco recensenda servare melius erit, cumulum afferre quaestioni iam gestio. Videtur autem cogendo agmini aptum, ut rationem reddam, cur maiorem solito emphasi gyrum tribuerim. Secundum enim rhetoricam definitionem emphasis altiore praebet intel-

¹⁾ Isocraten per decem annos in panegyrica sudavisse oratione componenda pertaesum non est centies rhetores referre. Quint. Inst. X, 4. 4; auct. de sublim 4, 2.

lectum, quam quem verba per se ipsa declarant. Ista definitione ea solum pro emphasi habenda est figura, quae, ut subaudiamus quid et quasi suppleamus, nos adducit, id sc., quod iam in ipso verbo altius sit conditum vel ex verborum contextu collatum. At saepius nihil altius habet verbum, quod prematur per emphasis, praeterquam id modo, ut verbum distinguatur et prae ceteris in se attentionem vertat audientium. Nonnunquam animadverti nos in graeca oratione interpretanda parum respicere: longe alias fuisse antiquo scriptori construendi sermonis rationes, quam nobis hodie: non habuisse illum notas, quibus oratio distingueretur atque singulae inter se enuntiationes, non esse usum distenta scripture neque verbis linea subnotandis, ut nos, cum praecipui habere quiddam ponderis verbum admonere volumus. Ex. gr. saepe Graeci particulam γε usurpant, ubi nos aut notam exclamationis apponeremus, aut verbum subnotaremus, sive sola cum emphasi pronuntiaremus. Itaque, in declamatione utique, omnia emphasi adnumeranda esse, quae qualibet de causa prae ceteris emineant, enuntiationis verba censeo.

Iam tibi pensum pueri ostendam *cacozelis*¹⁾ maculatum!

F. R. 394, 3. ὥσπερ ᾠδῆνα δευτέραν ἀποτιθεμένη τὴν τοῦ γάλακτος.

Rhetor erat Scaligeri pater idem et medicus. En qui aptus fuisset tali similitudini recensendae. Ego quidem confiteor nimis mihi medicam eam videri.

F. A.² 427, 10. Ἀλέξανδρος δ' ὁ Φεραίων τύραννος (ἔδει δὲ τοῦτο μόνον αὐτὸν καλεῖσθαι καὶ μὴ καταισχύνειν τὴν ἐπωνυμίαν)... Aristophanis temporibus Orestes fuit latro quidam nobilis Athenis; praeflarus comicus festive in praedonem iocatus, herois nullam fecit mentionem. Sancta Scriptura plures nominat Iesus disparis famae. Legi etiam in Aboutii fabula romanensi rectorem discipline publicae fuisse Athenis, iam Graecia rediviva, quendam cyrum Periclen, eundem perniciosissimum sicarium; novos Graecos tandem caput ei dempsisse, nomen praetermisisse, quamvis antiquae studiosissimos gloriae. Meus philalexander urbanior Aristophane, verecundior Sacra Scriptura, patriae

¹⁾ O. Ribbeck, Gesch. der röm. Dichtung² 2, 7: „...die mit der Zeit überwuchernde Neigung für die stärksten Würzen u. bisweilen ein Umschlag aus dem Erhabenem ins Lächerliche“.

amantior novis Graecis esse studuit. Quorum quid impudentissimum, non dicas.

428, 1—2. καὶ τὴν ψυχὴν ἐν ταῖς φάτναις εἶχεν, οὐχ ἵππων ἀλλ' ὄνων ἐπιτηδειοτέραν ἀκούειν.

443, 12. αἴματι κεκραμένους ποταμοὺς ἔπιε...

18. ἐν Δαλάσσῃ πρότερον ἡ ἐν γῇ φυτὸν εἰδεν. Credo ipse tale excogitavit miraculum; non fuerunt tanto opere ingeniosi ipsi Indicopleustae. Erravit iuvenis in ratione studiorum suscipienda: debuerat naturalium libros conscribere, sive, quod idem tunc erat, mirabilem, ut est exemplo reverendus Plinius.

446, 10. Ἀτοπόν τι δόξω λέγειν, ἐρῶ δὲ ἀληθές παρὰ μικρὸν διὰ τὴν Τύχην Ἀλέξανδρος ἀπώλεσε τὸ δοξεῖν Ἀμμωνος εἶναι. Igitur vere infensa fuit Alexandro Fortuna, siquidem insanire eum non prohibuit. Plutarchus non solum, ut pollicitus erat, ἀτοπὸν dixit, verum etiam frigidum.

449, 18—20. ποθεινότερος δὲ τοῖς προσήκουσιν Ὁδυσσέως ἑκείνον μὲν γάρ ἡ τεκοῦσα διὰ λύπην ἀπέδανε, τούτῳ δὲ τοῦ πολεμίου μῆτηρ ὑπὲνοίας συναπέδανε. Gaudebant sophistae tales fabricantes comparationes; quo magis accessitae ac necopinatae erant, tanto lepidiores videbantur. Ulixen sophistarum more perstrinxit. Nam sicut Hercules ille ἑστυκὼς ἀνήρ et lurco a comicis, ita Ulixes versipellis a sophistis vexabatur¹⁾. At dicitur cornicem cornici oculum non effossuram. Animadvertas quaeso et antithesin et homoeoteleuton.

451, 12. τυπτόντων τὰ τείχη καὶ χερσὶ γυμναῖς περιρρήξαι καὶ μονονοὺν διαφαγεῖν βιαζομένων. Sat modicus, ut iuvenis, quod μονονού interposuit.

19. ἀλλ' οὗτω δύσερις ἦν καὶ βάσκανος ἡ Τύχη καὶ φιλοβάρβαρος καὶ μισαλέξανδρος, ὥστε... Nunquam minus caeca Fortuna fuit, quam cum μισαλέξανδρος fuit. Φιλοβάρβαρος καὶ μισαλέξανδρος antithesin ad sensum efficiunt, cum μισαλέξανδρον idem valere ac μισέλληνa conspicuum sit.

¹⁾ Ioannes Osw. Schmidt, Ulixes posthomericus, diss. Berol. 1855; imprimis p. 79; Apul. Met. X, 33: „praeferuntur Ulixes modicus (i. e. exiguae virtutis) Aiaci maximo“.

Soll. 74, 12. τὰς μὲν γὰρ Λητοῦς γονὰς μίαν ἐδρασθεῖσαν ὑποδέξασθαι νῆσον ἵστοροῦσι, τῇ δ' ἀλκυόνι τικτούσῃ... πᾶσαν ἵστησι θάλασσαν ἀκύμονα καὶ ἀσάλευτον. Poëtae saepe aves in gratia ap. deos et sanctos fuisse viros finxerunt; Plutarchus in oratione soluta Latonem ab Alcyone gratia superari fabulatur.

79, 2. τῷ δὲ δελφῖνι¹⁾ παρὰ πάντα καὶ μόνῳ τὸ ζητούμενον ὑπὸ τῶν ἀρίστων φιλοσόφων ἔκεινο, τὸ φιλεῖν ἄνευ χρείας, φύσει πρὸς ἀνθρώπους ὑπάρχει. Narrat Athenaeus dixisse nescio quem, nisi medici exstitissent, grammaticorum ineptissimum inter mortales futurum fuisse genus. Et nobilis haec in geminas pestes evasit contumelia. Quanto secius res cessit philosophis: narrat Plut. solum marinum id adeptum esse monstrum, quod nobilissimi in philosophia mirarentur tantum averentque.

Es.¹ 101, 19. πεινῆν τινα τῶν μυκωμένων ἔτι, ... De Romanae dicit immanitate culinae, quae adhuc tremebundas ori ministrabat carnes, et Homericum laudat v. μ. 395; quae tamen carnes heroicae erant.

107, 2—3. ἄνελε δήγματι βοῦν ἢ στόματι σῦν, ἢ ἄρνα ἢ λαγωὸν διάρρηξον καὶ φάγε προςπεσὸν ἔτι ζῶντος, ώς ἔκεινα. Tamen μυκώμενα paulo ante comedere vetuit; nunc troglodytarum ut imitemur mores, nobis commendat. Imaginere Crassum natando murenas consequentem, Lucullum avium uropygia in modum canis hianti aucupari ore. Crudeles re vera interdum evadunt clementes. Nec Rousseau adeo efferari nos concepivit.

108, 5—9. οὐ γὰρ, ώς Πελοπίδας... ἢ ώς Ἀρμόδιος... προεκινδύνευσεν ὁ φιλόσοφος ὡμῷ πολύποδι διαμαχόμενος, ... Reapse non levi sententia subit periculum praestigiator, qui deglutat gladios, si Diogenes ὡμῷ πολύποδι διαμαχόμενος humanitatis visus est iuveni servator. Verum enimvero scurra erat ille cynicus vorax, vafer autem sophista meus vulgi plausui sedulo atque observanter adplaudebat.

¹⁾ Qui Soll. 79, 21—80, 7 narrantur delphinorum amores, Alexandrinis Musis debentur; cf. Aeg. Forcellini Totius Latinitatis Lexicon s. v. delphinus; Pauly-Wissowa 8, 2505, 38—2506, 25.

Dixi de emphasi, iam pridem aposiopesin percensui, verba affectuum enumeravi; quae omnia ethopoeiae genera contingit $\nu\pi\epsilon\rho\beta\omega\lambda\eta$ i. e. veritatis superlatio. Vano, ut mea fert opinio, conatu multiplices ethopoeiae species inter se secernuntur: tamquam et emphasi et aposiopesi et verbis affectuum non insit superlatio veritatis. Nihilo secius ob servandum ordinem et hyperboles exempla addamus:

F. A² 437, 27—28. ...οὐδεὶς ἀν ἐφίκοιτο τῷ λόγῳ διελθεῖν. Et aposiopesis.

438, 10. ἀς δ' εἶδε μᾶλλον ἢ ἀς οὐκ εἶδε παρῆλθε Alexander captivas. Verbum finitum bis et diversa usurpatur ratione; nam primum praeterisse dixit Alexandrum, quas vidisset i. e. neglexisse, dein, quas ignoraret, i. e. omisisse. Ad rhetoricas valde commoda cavillationes figura pro vitio in logica habetur.

441, 23. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀν τις ἀπείποι λέγων. Et apos.

444, 7—9. Ἀλεξάνδρου... τὸ σῶμα... κατατετρωμένον ἐξ ἄκρας κεφαλῆς ἄχρι ποδῶν διακέκοπται καὶ περιτέλλασται τυπτόμενον...

450, 5. Σόλων χρεῶν ἀποκοπὴν ἐν Ἀθήναις ἐποίησε, σεισάχθειαν προσαγορεύσας. Ἀλέξανδρος δὲ τὰ χρέα τοῖς δανείσασιν ὑπὲρ τῶν ὀφειλόντων αὐτὸς ἐξέτισε. Ergo maior est legumlator Alexander Solone atque omnino quisquis pro aliquo solverit aes alienum.

Soll. 35, 15. $\nu\pi\epsilon\rho\beta\alpha\lambda\epsilon$ δὲ πᾶσαν ἐπίνοιαν συνέσεως ἡ...

71, 26. τοῦ δὲ γαλεοῦ τὸ φιλόστοργον οὐδενὶ τῶν ἡμερωτάτων ζώων $\nu\pi\epsilon\rho\beta\omega\lambda\eta$ ν γλυκυδυμίας πρὸς τὰ ἔκγονα καὶ χρηστότητος ἀπολέλοιπε.

Prodeat porro mirabilium enarratio¹⁾. Sane omnes auctores Graeci talibus studebant et vulgus, ut vulgus, primum in fidem, gaudebat incredibilia audiens. Omnino Graeci fabulatorum gens erant; per totum diem in foro et porticibus versantes commenta impudenter serebant et credebant temere. Notum vitium Demostheni, Paulo, nemini non Romanorum. Ex Plutarchi scriptis iuvenilibus, quae percensui, „Brutane...“ et „De Soll.“ veri sunt mirabilium libri;

¹⁾ Christ Schmid, G. d. Gr. L. II, 1, 184. 322.

praecipue inspicias quaeso libelli „De Soll.“ paginas 33—34 (editionis Teubnerianae).

Inducit historiam his verbis:

Soll. 37, 15—17. περὶ δὲ... ἄλλα τε θαυμάσια καὶ τὰ περὶ τὰς διαβάσεις τῶν ποταμῶν ιστοροῦσι· προβαίνει γὰρ...

42, 9—10. Οὐκ ἀγνοῶ δ' ὅτι τὸ τῶν παραδεγμάτων ὑμῖν φανεῖται τι ποικίλον· Simul et fidem narrandis facere studet cf. 32, 21: ἄλλως δ' ἂν ἐδόκει μῆδος, ὥσπερ ἡμῖν ἐδόκει τὸ τῶν ἐν Λιβύῃ κοράκων, οἵ...

Duo tantum eaque sane brevissima mirabilium exempla satis erit afferre, ne, si iterum recentium cum antiquis instituta sit comparatio, ut olim a Perraultio, ephemerides nostrae palmam fraudis ferant.

Soll. 29, 19—20. κεστρέως δὲ γένος, οὓς παρδίας καλοῦσιν, ἀπὸ τῆς μύξης τρέφονται τῆς ἑαυτῶν.

20—21. οἱ δὲ πολύπους αὐτὸν ἐσθίων κάθηται χειμῶνος...

Hartman operis sui p. 145 animadvertisit „Contra doctum se haberi gestit, doctrinae ostentat tantum, quantum fert oratio etiam ad indoctos habita“. Si ostendero, qualis doctrinae qualia ediderit specimina, manifestus erit Plut. iuv. non „etiam ad indoctos“, sed tantum ad indoctos declamavisse et non doctrinam exhibuisse, verum fuco eruditionis infecisse orationem. Sane alia erat antiquae ratio doctrinae, qua praesertim Alexandrini pollebant, et nostrorum temporum; sed non de ratione agitur. Quid quod serinia inepte ostentat, cum strepitu quatit, exemplorum, commemorationum, aptorum pariter atque ineptorum ad laudandum locorum executit farraginem, aures obtundit, adspergit oculos nominibus auctorum? Ne plura, πάντα κάλων ἔκτείνει, ut stupeat subabsurda audientium plebs? Pauca modo hic apponere statui, ut esset mihi potestas separato loco agere, qua ratione usus sit Plut. in auctoribus laudandis; item quas immiscuerit orationi definitiones admodum scholasticas. Nunc solum de fuco eruditionis inepte venditando agere fert animus.

Cum pugnae Marathoniae mentionem fecisset et ad ea, quorum causa illam commemoraverat, pergere eum oporteret, addidit scriptor umbraticus:

Gl. Ath. 460, 7. τὴν τοίνυν ἐν Μαραθῶνι μάχην ἀπήγγειλεν, ὡς μὲν Ἡρακλείδης οἱ Ποντικὸς ιστορεῖ, Θέρσιππος οἱ Ἐρωεύς· οἱ δὲ πλεῖστοι λέγουσιν Εὐκλέα,...

462, 9—10. ἀλλ' ὅτι μὲν ἡ ποιητικὴ περὶ μυθοποίαν ἔστι, καὶ Πλάτων εἴρηκεν. Sc. parcit lectori. Attamen ne Plato quidem hic ad rem pertinet; sed laborat meum περιπατοῦν μουσῶν peste, quae hodie appellari potest bibliographica.

Soll. 70, 20—71, 2. τὸ δὲ τοῦ ἀνδριού θαυμασιώτατόν ἔστιν, ὃν "Ομῆρος „ἱερὸν ἵχθυν“ εἴρηκε· καίτοι μέγαν¹⁾ τινὲς οἴονται τὸν ιερὸν καθάπερ ὁστοῦν ιερὸν τὸ μέγα, καὶ τὴν ἐπιληψίαν, μεγάλην νόσον²⁾ οὖσαν, ιερὰν καλοῦσιν· ἔνιοι δὲ κοινῶς τὸν ἄφετον³⁾ καὶ ιερωμένον. Ἐρατοσθένης δὲ τὸν χρύσοφρυν ἔοικεν... λέγειν· πολλοὶ δὲ τὸν ἔλλοπα, ... Non potuisset Plut. illa de se dicere, quae iactaverat Euripides κωμῳδούμενος in Ranis: εἰτ' οὐκ ἐλήρουν ὅ τι τύχοιμ', οὐδὲ ἐμπεσὸν ἔφυρον.

81, 4. ἡ δὲ Ὁδυσσέως ἀσπὶς ὅτι μὲν ἐπίσημον εἶχε δελφῖνα καὶ Στησίχορος ιστόρηκεν· ἐξ ἧς δὲ αἰτίας, Ζακύνθιοι διαμημονεύουσιν, ὡς Κριθεὺς ιστορεῖ. Quibus impediri se non sentit, quominus Isocrati σοφιστικὴν μικροφροσύνην⁴⁾ obiciat.

Ad nimium spectat etiam generalitas rhetorica, quae per tales voces prodi solet, ut soleo, semper, nusquam, itemque per imperfectum iterativum. Nihil de hac re enotatum habeo, nisi quod impugnavit vir quidam doctus Wyttendbachius Plutarchο ἀεὶ subinde sic adhibitum esse affirmantem⁵⁾, ut propemodum abundare videretur. Cum de copia dicendi ap. Plut. agetur, clarum erit temere ac perperam refutari ea, quae unicus Plutarchi iudex subtiliter perspexit.

Antequam alteram conformatioonis in dialogo adeam partem, in qua de apostrophe et de vivis imaginibus tractaturus sum, restat ut dicam de amplificatione per pluralem numerum effecta, de parenthesi, de auctoris inter res enarrandas sui prima persona mentionem faciendi oratorio artificio.

Unius personae nomen plurali auget numero his fere locis:

¹⁾ Lex. Hom. ed. H. Ebeling p. 585 s. v. 1.) in.

²⁾ Steph. Thes. L. gr. IV, 543 A - D; ὁστοῦν 543 D — 544 A; ἵχθυς 544 B fin. — C.

³⁾ Ut Aristonicus. ⁴⁾ Gl. Ath. 470, 6.

⁵⁾ Ad 364c. (Animadv. 3, 169).

F. R. 407, 3. τοὺς μεγάλους ἔκείνους ἀριστεῖς καὶ ἡγεμόνας Μαλλίους καὶ Σερούιους καὶ Ποστούμιους καὶ Παπιρίους τῶν αὖθις οἴκων γενάρχας, ...

F. A.¹ 410, 10. Ὡχοι καὶ Ἀρτοξέρξαι, ...

412, 20. Κριτίαι καὶ Ἀλκιβιάδαι καὶ Κλειτοφῶντες, ...

² 434, 11—12. Περδίκκαις καὶ Μελεάγροις καὶ Σελεύκοις καὶ Ἀντιγόνοις, ...

446, 17—18. Ἀνταίους... καὶ Βουσίριδας...

456, 8. Κλειτόδημοι, Δίνλοι, Φιλόχορος, Φύλαργος.

Gl. Ath. 464, 3—5. Νικόστρατοι καὶ Καλλιπίδαι καὶ Μηνίσκοι καὶ Θεόδωροι καὶ Πώλοι...

468, 18—19. τοὺς Ἰσοκράτεις καὶ Ἀντιφῶντας καὶ Ἰσαίους, ...

Soll. 19, 15. τοὺς Σωκράτας καὶ τοὺς Πλάτωνας...

96, 12. Μινώταυροι καὶ Αιγύπτανες, ... Σφίγγες... καὶ Κένταυροι (pluralis pluralium).

Rem singulari numero poni solitam poëtarum more effert per pluralem:

F. R. 388, 4. ἐνιδρύσατο τοῖς Ῥωμάλον ὅρονοις cf. F. A.¹ 410, 11: τῷ Κύρου ὅρον φένεται.

Variis modis Plut. format parenthesin¹⁾: interiectis exclamacione, obsecratione, vocativo, verbo dicendi sentiendive, saepius brevi sententiola secundaria, nonnunquam primaria, coniunctione instructa, rarissime absoluta:

F. A.¹ 411, 25. τοῖς τρισμυρίοις, οἵεσθαι*, πεζοῖς καὶ τετρακισχιλίοις ἵππεῦσι πιστεύσας...

² 427, 3. ὡς φασι cf. Gl. Ath. 469, 1. Soll. 80, 15—16. 81, 7. Aqu. 5, 2. ὡς ἄν τις εἶποι.

Es.¹ 114, 15. ἀλλ' ἡμεῖς γε, φήσοντες...

118, 16. οὐδὲ γὰρ πρὸς τὸ μύρον, φαίη τις ἄν, ... Φασί e. inf.

F. A.² 428, 12. abs. ²⁾ Aqu. 2, 19.

¹⁾ Quaenam ratio fuisset ap. decem oratores Atticos in parenthesi adhibenda, exposuit C. Grünwaldius in Schanzii symbolarum opusculo 19; de parenthesi ap. Plut. cf. Bern. 4. praef. LXI.

* v. conjectanea.

²⁾ Aqu. 6, 2: καὶ τοῦ φύει γε, φασί, καὶ γεννᾶν, ... Φασί delevit Reiskius. Mihi γε, φασί ex προσέτι I.) ortum esse videtur. Scriptio turbata librarius, falsa deceptus opinione, simili modo φασί abundare, ut 2, 19 (ἐχθὲς φασὶ καὶ νῦν),

- Soll. 14, 10. *εἰ βούλει* cf. Brut. 84, 2. 86, 27. 91, 20. *ἡς βούλει κορώνης...*
- 30, 12. *ῳ ἑταῖρε* in or. contin. dialogi.
- 43, 7. *ὅ γίγνεται πολλάκις...*
14. *ἔστι γὰρ δῆλα.*
- 50, 6. *ὅπερ ἔφην* cf. Bern. 1. praef. LXXIV. 4. praef. XL—XLI.
- 54, 17. *ώς ὥρᾶς* in dial.
- 60, 5. *φίλε.* 65, 15. 79, 8—9. *ῳ φίλε* in or. contin. dialogi.
- 66, 12. *ώς ἕοικε*¹⁾ cf. F. A.¹ 423, 12. 2426, 1. 434, 16. Soll. 14, 2. 47, 21. 49, 26. 62, 13. Es.¹ 109, 24.
25. *οἶμαι δὲ καὶ ταῖς πηλαμύσι* cf. Gl. Ath. 458, 16: *ἀλλ' οὐκ ἀν οἶμαι...* προθείτε... Soll. 25, 17: *συκρὸν οὕτω πρᾶγμα καὶ φαιδὸν οἶμαι.* Brut. 90, 7: *οἶμαι...* όνομά-ζουσιν... 93, 12: *εἰχε δέ τι καὶ ἡ πόρπη χρυσὸς οὖσα παίγνιον οἶμαι τορείαις διηκριβωμένον et simul tota sententia in parenthesi et uncis inclusa est.* Es.¹ 109, 22: *οὐκ ἔστι δέ, οἶμαι,...*; c. inf. Soll. 27, 16. 48, 3. Brut. 100, 19.
- 72, 21—22. *ἡμέραν ἐκφυλάξασα τεσσαρακοστήν, ἐν τοσαύταις γὰρ ἐκπέττεται καὶ περιρρήγνυνται τὰ ώά, πρόσεισι.* Quae subnotavi linea, uncis sunt inclu-denda.
- 77, 17—18. *ώς οἱ μυδογράφοι λέγουσιν.*
- 81, 12. *καὶ αὐτὸς οὐκ οἶδ' ὅπως...* ἔλαθον.
- Brut. 96, 13. *ώς δὲ ἐγῷμαι καὶ Σφίγγεις ἀναβλαστάνοντι...*
- 97, 24. *ώς ἔπος εἰπεῖν.* Sec. Wytt. ind. novies in ser. Mor., sem. in Vit.; iuvenili ardore secutus est primum Platонem²⁾.
- Es.¹ 101, 8—9. *καὶ προσέτι εἰπεῖν.*

Omissis libellis in vicem dialogi conscriptis, his fere locis

ubi tamen proverbium laudari denotat, *φασὶ*, ut inter duo verba per καὶ con-iuncta, repetivit.

I.) Es.¹ 101, 8: *τραπέζας ὄψα καὶ τρυφὰς καὶ προσέτι εἰπεῖν τὰ μικρὸν ἔμπροσθεν βρυχώμενα μέρη...*

¹⁾ Guil. Nachstädt, De altera Plutarchi declam. quae est „de Al. F.“ diss., Berol. 1894, p. 26.

²⁾ Cf. Indicem Astii 1, 631—632.

facit sui mentionem scriptor, non ut hominis, sed ut auctoris; quae hic desiderantur, in dispositionis oratoriae vestigiis tradendis invenientur:

F. R. 392, 10. ἐγὼ γὰρ καὶ Κλεοπάτραν αὐτὴν τύχην Καισαρος τιθῆμι, ...

407, 21. ἐγὼ δὲ τιθέμαι καὶ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν...

F. A.¹ 409, 14. Οἶμαι δὲ ἂν αὐτὸν εἰπεῖν πρὸς τὴν Τύχην...

416, 21. ἐγὼ δὲ οὐδὲ τούτου μὰ Δία τοῦ θεάματος ζηλῶ τοὺς ιδόντας, ...

24. ἡδέως ἄν μοι δοκῶ γενέσθαι τῆς καλῆς καὶ ιερᾶς νυμφαγωγίας θεατής, ...

417, 6. ἡδέως γὰρ ἄν εἶπον, ...

423, 7. οὐ γὰρ ἔστιν εἰπεῖν διακρίναντά με μὰ τοὺς θεούς, ὅτι...

23. ἔπεισί μοι τὸ τοῦ Πώρου δεῦρο μετενεγκεῖν.

424, 1. κάμοι δὲ ταῖς Ἀλεξάνδρου πράξεσιν ἔπεισιν ἐπιφωνεῖν...

² 434, 19. ἐγὼ δὲ τοῦτ' εἰπεῖν πρὸς τὴν τότε Τύχην οὐκ ὀκνήσω...

445, 18. εἴ μοι μὲν οὐδεὶς βαρυτέρᾳ δοκεῖ κεχρῆσθαι Τύχη τῶν βασιλέων, ...

446, 10. Ἀτοπόν τι δόξω λέγειν, ἐρῶ δὲ ἀληθές.

465, 22. ὥν τὰς νύκας ὁρῶν μοι δοκῶ προσερχομένας, ...

Aqu. 3, 23. καὶ τί δεῖ καταριθμεῖσθαι με...

9, 22. ἐγὼ δὲ ἄν εἴποιμι...

Es¹ 109, 20. ἐμνήσθην δῆ τρίτην ήμέραν διαλεγόμενος περὶ Ξενοκράτους...

110, 2. καὶ ταῦτα μὲν ἐκεῖ κοινότερον ἔλεγον.

5. ὀκνῶ μὲν ἔτι τῷ λόγῳ κινεῖν, ...

114, 5. οὕπω λέγω τάχα... ως ἔλεγεν Ἐμπεδοκλῆς.

(Ut hominis mentionem facit sui:

F. R. 388, 25. καὶ τὰ παρ' ήμān ἐν Χαιρωνείᾳ τρόπαια...

Es.¹ 108, 15. τοὺς γὰρ Βοιωτοὺς¹⁾ ήμᾶς οἱ Ἀττικοί...).

Itaque ea, quam adhuc percurresti, conformatiois in dialogo proprietas, si non ita cynicae diatribes, at certe popularis et iuveniliter rudis atque exultantis eloctionis ostendit indicia; quae sequitur altera, inter oratoria ac sophistica artificia optimae notae est. De apos-

¹⁾ Hanske, Plutarch als Böoter Pr. 1884.

stroph a¹⁾ dico et viva imagine. Sedenim res est nota et apud omnes pervulgata; ne igitur prudentes docere videar, loci iam sunt afferendi:

F. R. 386, 17—18. καὶ Μούκιος ἐκεῖ Σκευόλας τὴν φλεγομένην χεῖρα δείκνυσι βωῶν „μὴ καὶ ταύτην τῇ Τύχῃ χαριᾶζη“. Ne fortasse aliquis Plutarchae factionis ipsum auctorem ingeniose talia excogitavisse putet, Senecae locum ex epistula III, 24. referam, ubi Mucii facinore commemorato pergit Seneca: „de cantatae“ inquis „in omnibus scholis fabulae istae sunt; iam mihi, cum ad contemnendam mortem ventum fuerit, Catonem narrabis“. Sen. Controv. VIII, 4. Homicida, inquit, est, quia se occidit. Huic irasceris? pro quo irasceris? Non aliud Scaevolae Mucio cognomen dedit... quam vilitas sui. Ib. X, 2, 3. deceptus sum, dum cogito tecum Horatium Etruscas acies corpore suo summoventem et Mucium in hostili ara manum urentem et dum te Deci cogito qui et ipse nolusti patri cedere. Ib. X, 2, 5. Tu Mucio dices: „non est quod ostendas istam manum?“ Quint. Inst. XII, 2, 29—30. an... contemptum doloris ac mortis melius alii docebunt quam Fabricii Reguli Decii Mucii? Mart. 1, 21. 8, 30. 10, 25; Val. Max. 3, 3, 1. Lübker⁸ 681.

18. καὶ Μάρκος Ὁράτιος ἀριστεὺς παραποτάμος... ἐκ βασίειας ὑποφθέγγεται δίνης „οὐκοῦν κάγῳ κατὰ τύχην πεπήρωμαι;“

388, 22. ἄντικρυς οὗτος (i. e. ὁ Σύλλας) τῇ Τύχῃ... ἔαντὸν εἰσεποίει βωῶν κατὰ τὸν Οἰδίποδα τὸν Σοφοκλέους...; sequitur OR. v. 1090.

F. R.¹ 409, 15. Οἶμαι δ' ἂν αὐτὸν εἰπεῖν πρὸς τὴν Τύχην... „μή μου διάβαλλε τὴν ἀρετὴν...“

417, 6—7. ἡδέως γὰρ ἂν εἴπον· „ὦ βάρβαρε Ξέρξη καὶ ἀνόητε...“

F. A.² 434, 20. ἐγὼ δὲ τοῦτ' εἰπεῖν πρὸς τὴν τότε Τύχην οὐκ ὀκνήσω „τί σου τὸ μέγεθος, τίς δ' ἡ δόξα...“

443, 18—444, 2. εἰ γὰρ ἦν ὡς πρὸς ἄνθρωπον ἀγαγεῖν Παρ-

¹⁾ Quint. Inst. XII, 10, 23: Non oratione ficta dat tacentibus vocem?; Gaetano Curcio, L'apostrophe nella poesia latina, Catania 1903.

ρησίαν ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου πρὸς τὴν Τύχην, οὐκ ἀν εἰπε·
„ποῦ σὺ καὶ πότε...“

Es.¹ 102, 11. ...ἀλλ’ εἴποιεν ἀν αἰσθησιν... καὶ φωνὴν λαβόντες· ὁ
μακάριοι καὶ θεοφιλεῖς...

106, 1. παραιτήσεις... λέγοντος „οὐ παραιτοῦμαι σου τὴν ἀνάγ-
κην...“

Plenus dialogus, i. e. cum responso, efficitur per apostrophem
his locis:

Es.² 114, 14—19. σὺ μὲν καταγελᾶς τοῦ τὸ πρόβατον μὴ ἐσθίοντος·
ἀλλ’ ἡμεῖς γε (σε Wytt.), φήσουσι, θεασάμενοι..., μὴ τι
γελάσωμεν;

117, 20. εἴτα λέγει τῶν φιλοσόφων ὁ μέν „κατάκοφον, ἄλογόν
ἐστι τὸ ζῷον“. ὁ δὲ „ἀνάσχον· τί γὰρ...“

Viva imago ea est descriptio, quae res ex conformatione
animatas et quasi ad spectandum dispositas subicit sub oculos. Sine
conformatione pura descriptio est i. e. sub oculos subiectio¹⁾ et
τοποθεσία, vel ut Quintilianus tradit, τοπογραφία, i. e. locorum
dilucidatio. Et viva imago et descriptio et topothesia praecipua fue-
runt ornamenta pedestris orationis Alexandrina aetate, ita ut nullum
fere exstet ex illis temporibus scriptum, quin eis seateat, sint autem,
quae tota in descriptionis redacta sint formam. Lucianus, Philo-
stratus, erotici scriptores Graeci passim, Vergilius in Aeneidos libro
primo, Propertius, Plinius j., Apuleius ex. gr. nominentur. In amo-
nitate locorum depingenda Platonem aemulabantur scriptores,
qui in Phaedro²⁾ Ilissi regione in modum picturae operis topiarii
graphicæ enarrata, egregium posteris ad imitandum suppeditaverat
exemplum. Platoni postea ad latus accesserunt Theocritus, Vergilius.
Plutarchus topothesiae dedit operam efficiendæ hoc loco:

F. R. 393, 22. ἀλλὰ τοῦ ποταμοῦ τις ἦν ὅχθη χλοερῷ λειμῶνι³⁾

¹⁾ Gl. Ath. 460, 3—4: τῇ διαθέσει καὶ τῇ διατυπώσει τῶν γιγνομένων γρα-
φικῆς ἔναργειας...

²⁾ Christ-Schmid, G. d. Gr. Lit. 1, 694, adn. 3.

³⁾ Ach. Tat. 1, 1: Ἐν τῇ γῇ λειμῶν... ἐκόμα πολλοῖς ἀνθεσιν ὁ λειμών· δέν-
δρων αὐτοῖς ἀνεμέμικτο φάλαγξ... Ὑδωρ δὲ κατὰ μέσον ἔρρει τοῦ λειμῶνος τῆς
γραφῆς, τὸ μὲν ἀναβλύζον... Longi Pastor. 11: καὶ ἡ θάλασσα προσέκλυζεν ἥπον...
Eumath. 1, 1: θαλάσσῃ στεφανοῦται, καὶ ποταμοῖς καταρρεῖται, καὶ λειμῶνι
κομᾶ...

προσβλύζουσα καὶ περισκιαζομένη χθαμαλοῖς δένδρεσιν· ἐνταῦθα...

Caelum depingit:

Es.¹ 102, 20. ἔτι μὲν οὐρανὸν ἔκρυπτεν ἀήρ, καὶ ἄστρα θολερῷ...

In loco iniquo pugnantes:

F. A.² 451, 9. κενὰ δὲ ἔξωθεν προσδρομαὶ... Saepius enuntiationes, quibus descriptio conficitur, carent verbo finito¹⁾; quo facto accedit imagini quaedam, ut ita dicam, vivacitas et prospectus continuatio; nec secius Plut. in Thucydidis descriptionibus referendis copulas exploxit: Gl. Ath. 459, 18—24. Eodem modo, cum enumerat verbo finito omissso, ut Gl. Ath. 466, 6—7. ὃν ἀγάλματα καὶ σύμβολα παρθενῶνες, ἑκατόμπεδοι, νότια τείχη, νεῶν οἶκοι, προπύλαια, Χερρόνησος, Ἀμφίπολις, quasi catenam praetervolantium imaginum producit; si copulam *eiōtī* post ἀναθήματα inieciisset, pure fuisset enumeratio sine usurpatione prospectus.

F. A.² 452, 6—454, 10. Periculum, quod adiit Alexander, ostendit graphice magis an tragice et theatrali ostentatione non dicam. De Alexandri bacchica per Indianam pompa fuisse, quod disparuisset, archetypon suspicari me iam dixi.

Gl. Ath. 458, 2—459, 3. Pugnam ap. Mantineam commissam sec. Euphranoris tabulam describit.

In pagina 93 (Brut.), quae tota Homericis filis intertexta est, Ulixis vestis invenitur descriptio, in qua in modum Homeri fibulae signatae mentionem facit: v. 11—12 (*εἰχε δέ τι καὶ ἡ πόρπη χρυσὸς οὖσα παίγνιον οἷμα τορείας διηκριβωμένον*).

Victimam ad aram adductam Voluptatis, certantibus de caede eius philosophis, commoto adumbrat calamo: Es.² 117, 18—20. *εἰς ἥδονῆς μέρος ἐστηκεν ἵερεῖον ἀνακεκλασμένῳ τραχῆλῳ ὑποκείμενον.* εἴτα λέγει τῶν φιλοσόφων ὁ μέν... primariam pergit ducere sententiam. Occasione data expositurus sum mox pauca de rhetorica verborum ap. Plut. iuv. constructione; etiam nunc conspicuum est paratactice i. e. per enuntiationes primarias Plut. identidem vividam reddere orationem, brevibus colis instructas, tum parenthetics, aut verbo finito carentes.

¹⁾ Ach. Tat. fabulae rom. initium.

Coetus pompicos producit:

F. R. 386, 22. τοιοῦτος ὁ τῆς Ἀρετῆς χορὸς πρόσεισιν...

Gl. Ath. 463, 18. Βούλεσθε τοὺς ἄνδρας εἰςάγωμεν αὐτοὺς τὰ σύμβολα... κομίζοντας,... 20: ἐνθεν μὲν δὴ προσίτωσαν ὑπ' αὐλοῖς καὶ λίραις ποιητὰ λέγοντες καὶ ἀδοντες...

465, 15. ...Ἀρήιος ὁ κῶμος οὗτος...

466, 8. ...Μαραθὼν τὴν Μιλτιάδον νίκην προπέμπει... 10: φέρει δὲ ή μὲν Κίμωνος... 14: ...τειχίζει δὲ τὴν πόλιν ἡ Κόνωνος,... Personatae Victoriae. Tritum istud in pictura.

Ipsa sub oculos subiectio atque imaginis vivae introductio praenuntiatur:

F. R. 386, 1. Νυνὶ δέ μοι δοκῶ... καθορᾶν...

15. ὥρῳ δὲ...

388, 1. λαμπροὶ δὲ καὶ διαπρεπεῖς ἄνδρες οὐκ ὀλίγοι μετ' αὐτῆς ὥρωνται,...

Gl. Ath. 457, 12. τὸ δὲ ἔργον ἔσχεν οὕτως.

463, 18. Βούλεσθε τοὺς ἄνδρας εἰςάγωμεν...

Pariter ac descriptio rem sub aspectum paene subicit prae-sens quod dicitur historicum, quo adhibito vivida surgit oratio, tamquam nunc et in praesentia nostri eis, quae narrantur, accidentibus. Ap. Plut. innotuerunt mihi¹⁾:

F. R. 386, 5—7. ἐπανθεῖ δέ τι καὶ τῷ προσώπῳ πρὸς τὴν ἄμιλλαν ἐρύθημα τῆς φιλοτιμίας, καὶ πολὺ μὲν ὑστερεῖ σπευδούσης τῆς Τύχης, ἄγουσι δὲ αὐτὴν...

387, 2. φένανονσα δὲ τὴν Ἀρετὴν ἐγγύς ἐστιν,... 3: πρόσεισιν. 4: εἴτ' ἀπεισιν ἀηδῆς. 12: ἔχει... 388, 2: ὥρωνται... 6—7: μεγαλύνει (bis.). 15: προγράφεται... 19: ἐπιτιθησι...

466, 5. ἀναστέφονται... 8—9: προπέμπει... 10: φέρει... 14: τειχίζει... 15: κατάγει...

Christius²⁾ Aiacem Sophoclis iuvenili aetati poëtae tribuit, quod usu veniat in illa tragœdia descriptio locorum et graphica gravium atque excitantium momentorum enarratio. De Phaedro Platonis adhuc res est in controversia. Plutarchi eae, quas attigi descriptiones, tam expressum præ se ferunt rhetoricum colorem, ut nisi iuvenili aetate auctoris excusari nequeant.

¹⁾ De ea quae fertur parataxi in constructione enuntiationum v. infra.

²⁾ Gesch. d. Gr. Litt. 326.

C. III: De reliquis figuris ¹⁾.

Figuris sententiarum numerosiores sunt apud Plutarchum verborum cavillationes, quarum bonam partem obtinet „sonorum aequalium cumulandi aucupium“²⁾. Bonae famae scriptoris studiosus usque quaque designabo, quae magis naturali quam rhetorica ratione usurpata esse videbuntur. Saepe libros recentioribus conscriptos temporibus legens deliberavi, num etiam nunc talia luderemus, quaeve essent potissimum rhetoricae compositionis apud recentes vestigia; conditis analectorum scriniis exspectatione plura inveni. Ex eis, quae nunc nostram occupaturaे sunt attentionem, frequentissime apud recentes invenimus omnis generis alliterationes et zeugmata, copulata necopinatorum studio ex eis, à ἀντικυστά τις προσδέχοιτο.

Ut ad Plut. revertar rhetorem, quid in lusum iocatus sit verborum, primum ostendam et paronomasiae afferam locos:

F. R. 397, 24—25. οὐδὲ γὰρ λιμὸν οὐδὲ λοιμὸν οὐδ’ ἀφορίαν γῆς... cf. F. A² 435, 17—18. Ὁδεν οὐκ ἐν τῇ κτήσει τῶν ἀγαθῶν, ἀλλ’ ἐν τῇ χρήσει τὸ μέγ’ ἔστιν, ... Superioris aetatis scriptoribus ingeniosa exquisitaque talia videbantur; Plut., quanta religione coleret auctoritates, quovis damno proprii acuminis, et alibi ostentare non neglexit. Saepe furta Plutarchi inveniebam, cum consulerem Stephanum existimationem confirmaturus eum ἀμάρτυρον οὐδὲν ἀείδειν.

F. A.¹ 425, 15. εἰ μὴ μηρίδονς φιλοσοφία περιτέθεικεν.

Fortuitum non esse testimonio sint:

Gl. Ath. 468, 1. Ἀλλὰ νὴ Δία παιδιὰ³⁾ τὰ τῶν πουητῶν.

Es.² 110, 19. ἀλλ’ εἰ καὶ ἀδύνατον νὴ Δία διὰ τὴν συνήθειαν.

F. A.² 429, 27. δυνὲν Ἀλεξάνδρων ὁ μὲν Φιλίππου γέγονεν ἀνίκητος, ὁ δὲ Ἀπελλοῦ ἀμίμητος. Dictum. Aliud trimetro compositum refert Gl. Ath. 456, 23: „μωμήσεται τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται“.

¹⁾ Christ-Schmid, G. d. Gr. L. II, 1, 402: „Die Figuration der Rede spielt bei ihm kaum eine Rolle“.

²⁾ C. Morawski, De Glor. Ath.... p. 17.

³⁾ Monet Platonem in Phaedro studia a se quondam in eloquentiam collata παιδιὰ nuncupavisse. Neque postea plane se tenuit ab istius modi ludieris, ut ex. gr. ostendit parechesis Ep. VII (348a) ποδῶν ποδεν ἀναπτέοδαι.

443, 10. Ἀλέξανδρῳ δὲ τί παρ' ἀξίαν, τί ἀνιδρωτί, τί ἀναιμοτί, τί προῦκα...

²452, 25—26. ὅσοι τὸ τεῖχος ὑπερβάντες... ἔστησαν πρὸ αὐτοῦ,
τεῖχος ἀρετῆς ἦσαν.

Gl. Ath. 462, 13—14. τῶν ιστορούντων οἱ πλάττοντες τὰς πράξεις ὑστεροῦσιν...

Soll. 50, 6—7. τῆς εὐμαδείας λογικωτέραν εἶναι τὴν αὐτομάδειαν ἐν αὐτοῖς... cf. Brut. 99, 1: οὐκ ἀμαδὴς οὐδὲ ἀπαιδευτος, αὐτομαδὴς δέ τις μᾶλλον οὖσα... Vocabulum αὐτομαδής, quod creberrime ap. recentissimos inventur auctores, nondum firmo stetisse pede Plutarchi temporibus ex his locis videmus, ubi bis in oppositione, sem. cum excusatione (*τὶς*) occurrit.

76, 13—14. ιδόντι καὶ θεγόντι...

Brut. 94, 15. συνάγειν εἰς ταύτο καὶ συμφαγεῖν ἀναγκάζονται...

Es.² 111, 17—18. ἐπὶ ᾧ γε γαστήρ οὐ μιατύφονον ἔστιν, ἀλλὰ μιατυνόμενον ἀπὸ τῆς ἀκρασίας. cf. F. R. 407, 14—15: οὐχὶ... περισπάσασα τὸν πολεμίους, μᾶλλον δὲ ἀποσπάσασα... F. A.² 426, 12. οὐ κατ' Ἀλέξανδρον ἀλλὰ δι' Ἀλέξανδρον. Brut. 99, 1. οὐ ἀμαδὴς..., αὐτομαδὴς δέ τις μᾶλλον...

C. P. Schulzius in Quaestionibus grammaticis ad Xenophonem pertinentibus¹⁾, cum agnominationis exemplorum, quae ap. ant. scriptores Gr. iuveniuntur, collectanea indicavisset, addidit²⁾: „quorum plurima ex sermone cotidiano sumpta definitum quendam verborum ordinem servant“. Videtur mihi potissimum de ea agnominatione cogitare, quae maxime in pronomina cadit. Nos rationem agendi, quam iam prius instituimus, et hic servabimus, ut de agnominatione in pronominibus seorsum agamus. Paronomasiae, quae attuli, exempla a sermone cotidiano aliena³⁾ fuisse contendere audeam.

Figureae, quae fertur etymologica, haec fere erui apud Plut. testimonia:

F. A.² 439, 18. τὴν δὲ μεγάλην καὶ ἀνατίρρητον ἡ τταν ἡ ττιδη Δαρεῖος...

446, 23. ἀλλ' ἐνὶ κόσμῳ κοσμήσαντα πάντας ἀνθρώπους...

¹⁾ Wissenschaft. Beil. z. Pr. des Friedr.-Werd. Gymn. zu Berl. 1888 Nr. 53.

²⁾ p. 1. ³⁾ Plus sive minus, prout et reliquae figureae.

- Gl. Ath. 463, 2—3. ...ἀπάτην, ὡς Γοργίας φησιν, ἥν ὁ τ' ἀπατήσας...¹⁾
- 468, 19—20. ἀλλὰ τούτους ἡ πόλις δημοσίαις ταφαῖς ἔδαψεν,...
- Soll. 24, 14. καὶ τρόπον τιὰ Δηρίων βίον βιωσόμεθα,...
- 74, 5—6. πάθος ὡς ἄτοπον πέπονθα καὶ καταγέλαστον,...
- Brut. 88, 16—17. ἀγωνίζεσθαι τε τὸς ὑπὲρ τῶν τέκνων ἀγῶνας.
- 97, 1—2. ἐκ μᾶς πηγῆς... τῆς πλησμονῆς... ὑμᾶς ἐμπίπληστης.
- Es.¹ 108, 5. ἐγὼ παραβάλλομαι καὶ προκινδυνεύω. καλόν, ὁ Ζεῦ, κίνδυνον.

Figuram etymologicam, nisi instantiae gratia in speciem conduplicationis apponatur, ego quidem sermonis vulgaris propriam esse credo, cum et ipse in platea nuper audiverim puerum ex plebe clamantem: „ja mam silnā siłę“ i. e. validam vim habeo ego. Namque cum commode dicendi habet excusationem (cum variare sermonem proprie rhetoris sit), tum etiam effuse, ut est mos vulgo, negarique nequaquam potest inesse sermoni vulgari nativum quoddam alliterationis studium, quod in proverbii et vulgo dictis conspicuum est, ut: manus manum lavat, similis simili gaudet, oculus pro oculo, dens pro dente, alia innumerabilia.

Declinationem, polyptoton, pronominum agnominationem, anaphoram aggressurus praemonendum existimo, si non sat certis inter se segregata finibus atque saepenumero implicata visa fuerint ista tria alliterationis genera, non mihi dandum hoc esse crimini, qui ordinis servandi studio scholasticam tenuisse discriminis rationem, verum potius linguae ipsius naturae, quae si quas leges in alliteratione observaverit, aequa utique loco habeat polyptoton et anaphoram: Potest enim polyptoton fieri per anaphoram, potest anaphora polyptoton arcessere, sive rhetorica ratione, ob variandum sermonem, sive syntactica, prout ratio postulabit sententiae. Neque vero rhetorici subest grave coloris discriminis inter polyptoton et anaphoram, cum fiat utrumque instandi gratia atque amplificationis; verum enim vero sola interest verborum dispositionis diversitas et formarum. Quae natura linguae videntur leges in alliteratione constare sunt hae: 1) praecipue iunguntur inter se pronomina; 2) maxime in proxima collocantur vicinitate; 3) ut antitheseos ita et agnominationis quae-

¹⁾ Verba Gorgiae.

dam sollemnes occurrunt figurae. Cetera omnia rhetorica fiunt ratione. Declinationem¹⁾ primum illustratum eo. Coniunctionem similiter sonantium signabo nota s.(imilium) s.(onorum) c.(oncursus). Perquam vago limite sonos similes et aequales dividente, haec distinguere nolui:

- F. R. 383, 12. εἰ τηλικαῦτα τοὺς ἀγαθοὺς δέδρακεν ἀγαθά·
 384, 11. συνελθεῖν καὶ συνελθούσας ἐπιτελειώσαι... s. s.
 c. interposita coniunctione. cf. Es.¹ 107, 22—23. κρα-
 τῆσαι, καὶ διακρατηθείσης δὲ...
 402, 3—4. τρόπαια τροπαίοις ἐπανίσταται καὶ θρίαμ-
 βοι θρίαμβοις ἀπαντῶσι, s. s. c.
 F. A.¹ 415, 18. ἀγέλης συννόμου νόμῳ κοινῷ συντρεφομένης. s. s. c.
 Soll. 21, 11. διὰ τί δένδρον δένδρον οὐ λέγομεν ἀμαδέστερον...
 12—13: οὐδὲ λαχάνον λάχανον ἀνανδρότερον... s. s. c.
 27, 16. τὸν γὰρ παιζόντα καὶ παιζόμενον οἷμαι συμ-
 παιζουσι δεῖν χρῆσθαι... s. s. c. ¹intp. coni. ²intp. verbo.
 cf. Soll. 34, 20. μύρμηκας ἐλθεῖν ἐπὶ μυρμηκιὰν
 ἔτέραν μύρμηκα νεκρὸν φέροντας ἀνιόντας οὖν ἐκ τῆς
 μυρμηκιᾶς...; utrumque simile quid mihi videtur atque
 illud in Xenophontis Cyrupaedia scholasticum problema:
 παις μέγας μικρὸν ἔχων χιτῶνα παιδία μικρὸν μέγαν ἔχοντα
 χιτῶνα... Ipse etiam sonus μνή ad talem lusum verborum
 invitabat, qui et in francogallico illo occurrit versu: le
 mur murant Paris rends Paris murmurant. Narratio haud
 scio an ex vulgari fabula sit hausta.
 52, 16—17. αἱ νόησιν ἀριθμοῦ καὶ δύναμιν τοῦ ἀριθμεῖν
 ἔχουσαι φύσεις, ὡςπερ ἔχουσιν αἱ...
 62, 18—19. φαρμάττουσα τὸ ὕδωρ πρῶτον, εἶτα τὸ ζῷον διὰ
 τοῦ ὕδατος.
 63, 22. τὰ μὲν αἱρεῖ μὴ φεύγοντα, τὰ δ' ἐκφεύγει παρερ-
 χόμενα...
 78, 18. μόνος γὰρ ἀνθρωπον ἀσπάζεται, καθ' ὃ ἀνθρωπός
 ἐστι.
 Brut. 83, 1—2. ἐμὲ γοῦν ἀτεχνῶς ποιοῦσα θηριον, εἰ πείσομαι σοι
 ὡς συμφορά ἐστιν ἄνθρωπον ἐκ θηρίου γενέσθαι.

¹⁾ Declinationem a polyptoto hoc differre accipimus, ut polyptoton declinatio sit cum anaphora i. e. initio ponatur colli repetiti, pura autem declinatio quamvis positionem in collocatione verborum admittat.

- 87, 6—7. ὄνομα τῇ πανούργιᾳ προστίθης τῆς ἀρετῆς, ἡκιστα
πανούργιαν προσιεμένης.
23. οὐδὲ δουλεύει λέων λέοντι καὶ ἵππος ἵππῳ δὶ ἀνανδρίαν,
ὧς περ ἄνδρωπος ἄνδρωπῳ, ... s. s. e.
- 91, 3. σὺ δὲ σπενδεῖς ἀκοῦσαι τὸ περὶ τῆς σωφροσύνης,
ἐπεὶ σωφρονεστάτης μὲν ἀνὴρ εἰ γυναικός, ἀπόδειξι
δὲ σωφροσύνης αὐτὸς οἷει δεδωκέναι... ¹s. s. e. intp.
partic. Brevitatis causa sub titulo polyptoti recenseo etiam
copulationes derivatorum a communis radice,
quarumlibet partium orationis sint; cuius figurae nomen
mihi ignotum est.
- 95, 18. εἶτα καλὸν καλῶς ἔαντὸν βαπτίζων... Cf. Ar. Eccl.
730: καλὴ καλῶς; quo manifestum esse credo fuisse istam
formulam in sermone vulgari usitatam, ut et hanc: κακὸν
κακῶς θεοὶ ἀπολέσειαν. Dem. de cor. 267; κακῶν κάκιστε
Ar.
